SCHWARTZ

—

DE DIONYSIO SCYTOBRACHIONE

# DE DIONYSIO SCYTOBRACHIONE

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDOS

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XIV M. IVLII A. CIↃIↃCCCLXXX HORA XII

PVBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

EDVARDVS SCHWARTZ
HOLSATVS

---

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT

CAROLVS BRANDIS STVD. PHIL.
PAVLVS MEIER STVD. PHIL.
LVDOVICVS SEELBACH STVD. PHIL.

BONNAE
TYPIS CAROLI GEORGI, VNIV. TYPOGR.
1880

FRANCISCO BVECHELER
HERMANNO VSENER
S.

# I

Graecorum historiae fabularis cum reliquias quae grammaticorum veterum commentariis compendiisque huic aetati servatae sunt, tractandas mihi proposuissem ut earum origine altius repetita auctoritatem fidemque certius exquirerem, neque quidquam antiquius esse habendum mihi visum est quam ut clare et adcurate cognosceretur quibus rationibus usi grammatici Alexandrini ingentes latissimeque diffusas historiae poeticae copias conlegissent et disposuissent, neque hoc fieri posse nisi ex vetustae doctrinae atque diligentiae ruderibus hodie per scholia compendiaque foede disiectis vel unius veteris mythographi certa memoria eruta esset. Ars critica quibus non sine eventu adhiberetur, ultro obferebantur ea Apollonii Rhodii Argonauticorum scholia quibus fabularum variae formae aliter ab aliis fictae et narratae bona atque larga veterum poetarum scriptorumque notitia exhibita fuse exponuntur. Neque spes fefellit.

Ac primum quidem has copias ab uno eodemque homine congestas esse ideo suspicari licet quod eadem fere semper adposita leguntur poetarum vel historiae fabularis scriptorum Hesiodi Sophoclis Pherecydae Hellanici Herodori aliorum testimonia [1]), neque hoc Apollonii commentatorum triadi deberi pauca simili ratione eisdemque fere verbis atque in his scholiis, in Pindari carminis Pythii quarti et Euripidis Medeae commentariis exposita documento sunt. Quod enim schol. Pind. Pyth. IIII 337 nonnulli auctores tres vates in Argonautarum numero recensuisse dicuntur Mopsum

---

1) E. c. componuntur Hesiodus et Antimachus scholl. I 1289. II 178. 296. 297. IIII 259, Hesiodus et Sophocles scholl. II 178. III 242. IIII 284, Hesiodus et Herodorus scholl. I 45. 1239. II 1122. IIII 259. Herodoro vel Sophocli adiungitur Naupactiorum poeta scholl. III 242. IIII 59. 86. 87; iuxta leguntur Pherecydes et Herodorus scholl. I 23. 45. 1289 etc. etc.

Idmonem Amphiaraum, duos illos priores inde ab Apollonio omnes commemorant, Amphiaraum a Deilocho scriptore fere prorsus ignoto [1]) ceteris additum esse schol. Apoll. I 139 legitur. Deinde Volcanum Aeetae tauros fabricatum esse [2]) vel Euphemum a Tritone Eurypylum simulante in Libya famosam illam glaebam ea de causa quod uterque Neptuni filius esset [3]) accepisse in utroque commentario narratur, neque aliter in Apollonii et Medeae scholiis eadem de Phrixei velleris colore proferuntur [4]).

Iam quaeritur ad quem auctorem hic consensus referatur. Primos vel Argonautas vel Danaum navem construxisse scholiis Apoll. I 4 et Eur. Med. 1 [5]) breviter adnotatur, neque temere quoniam nominis Argo eadem veriloquia in scholio Euripideo atque apud Diodorum [IIII 41, 3] leguntur, etiam ea quae apud Diodorum de ipsa nave dicuntur [l. c. § 1]: *καὶ πρῶτον μὲν περὶ τὸ Πήλιον ναυπηγήσασθαι σκάφος πολὺ τῷ μεγέθει καὶ τῇ λοιπῇ κατασκευῇ τὴν τότε συνήθειαν ὑπερβάλλον διὰ τὸ σχεδίαις πλεῖν τοὺς τότε ἀνθρώπους καὶ μικροῖς παντελῶς ἀκατίοις* cum scholiis illis consociantur [6]) atque

1) Cf. FHG II p. 17 sq.

2) Cf. schol. Apoll. III 409 (quod ad versum 229 sq. pertinet) cum schol. Pind. Pyth. IIII 398.

3) Cf. schol. Apoll. IIII 1562 *τὸν Εὔφημον ἐποίησε δεχόμενον τὴν βῶλον δι' οἰκειότητα, ἐπεὶ Ποσειδῶνος καὶ Εὐρώπης τῆς Τιτυοῦ. καὶ Εὐρύπυλος δὲ οὗ εἰς τὴν χώραν παρεγένοντο, Ποσειδῶνός ἐστιν υἱός. λέγεται δὲ καὶ παρὰ Πινδάρῳ ὅτι ἐδέξατο τὴν βῶλον ὁ Εὔφημος* cum schol. Pind. Pyth. IIII 35 *ζητεῖται δὲ δι' ἣν αἰτίαν ὑπεδέξατο τὴν βῶλον ὁ Εὔφημος … οἱ δὲ διὰ τὴν συγγένειαν· ἀμφότεροι γὰρ Ποσειδῶνος ὅ τε δοὺς καὶ ὁ λαβών.* Idem scholium paulo aliter scriptum vs. 61 adpositum est ubi alterum *οἱ δέ* delendum est.

4) Cf. scholl. Apoll. IIII 177. 1147. Eur. Med. 5. Auctorum nomina in scholiis quippe quae codicum marginibus adscribi solerent, confundi non mirum est.

5) Ceterum huius fabulae auctor esse videtur Philostephanus Cyrenensis cf. Plin. n. h. VII 207 quem conlatis Accii fragmentis ap. Cic. d. nat. deor. II 35, 89 conicias haec ex Graecorum poetis tragicis sumpsisse. Praeterea cf. Eratosthenem [catasterism. p. 174 ed. Robert]. Postea Argo primam navem fuisse saepe traditur: praeter Sext. Emp. adv. dogm. III 33 p. 396 Bekker. et Orph. Arg. 68 sq. inprimis cf. poetas Romanos Catull. 64, 11. Ovid. amor. I 15, 21. II 11, 1. met. VI 721. VIII 302. trist. III 9, 7. ex Pont. III 1, 1. Senec. Med. 2. 301 sq. 596 sq. 610 sq. Valer. Flacc. I 1. 599 sq. V 472. 511. Stat. Theb. V 336 sq. Dracont. X 34.

6) Fortasse ex codicum auctoritate a Joanne Lascari in Apollonii

omnes tres loci uni auctori vindicantur. Adcedunt alia. Scholiis Apoll. I 1289. 1168 Herculem variis de causis vel Argonautarum expeditioni non interfuisse vel in itinere, cum de nave discessisset, a sociis in litore relictum esse multis auctoribus adhibitis exponitur. Ex iis schol. Pind. Pyth. IIII 303 fabulae Hesiodea et Antimachea redeunt, atque ipsum Hesiodi nomen olim ibi scriptum esse videtur quia Herculem aquandi causa navi egressum esse non Pindarus sed Hesiodus narrat et veteris poetae nomen deest quod *τοῖς νεωτέροις* obponatur. Addas poetam Colophonium etiam in scholiis Apoll. III 409 et Pind. Pyth. IIII 398, quae supra commemoravi, eiusdem rei (agitur de Aeetae tauris) auctorem ferri. Atqui fabulam Hesiodeam Diodorus paulo post quam ex Dionysio Mytilenaeo Herculem Argonautarum ducem fuisse narravit [1]), addit [l. c. c. 44, 5]: *ὁμοίως δὲ καὶ τὸν Ἡρακλέα τινὲς παραδεδώκασι πρὸς ὑδρείαν ἐξελθόντα κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ τῶν Ἀργοναυτῶν ἐπὶ τῆς χώρας ἀπολειφθῆναι* [2]). Denique conferantur quae exhibet Diodorus c. 47, 4: *διαπλεῦσαι γὰρ αὐτόν φασιν οἱ μὲν ἐπὶ νεὼς προτομὴν ἐπὶ τῆς πρῴρας ἐχούσης κριοῦ καὶ τὴν Ἕλλην δυσφοροῦσαν ἐπὶ τῇ ναυτίᾳ καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῦ τοίχου τῆς νεὼς ἐκκύπτουσαν εἰς τὴν θάλατταν προπεσεῖν· ἔνιοι δέ φασι κτλ.* — sequitur inepta paedagogi *Κριοῦ* historiola e Dionysio sumpta [3]) — cum schol. Apoll. I 256: *ἡ δὲ ἱστορία κεῖται παρὰ Ἑκαταίῳ ὅτι ὁ κριὸς ἐλάλησεν. ἔνιοι δέ φασιν αὐτὸν ἐπὶ κριοπρῴρου σκάφους πλεῦσαι. Διονύσιος δὲ κτλ.* [4]).

---

scholiorum editione principe *ναῦν μακράν* scriptum est. Prior scholii pars conrupta est. Apollonius enim veriloquii mentionem omnino non fecit, sed hac de causa Pherecydes comparatur quod alter Argum constructorem Arestoris, alter Phrixi filium dixit [cf. Apollod. I 9, 16, 6], neque veriloquio ab Argo constructore desumpto aliud stemma Argi, sed veriloquium ab alio verbo derivatum obponendum erat. Binae res inter se ex diversa ratione olim obpositae postea confusae esse videntur. Unde veriloquium ab Etymologo [p. 136, 31] et Tzetza [ad Lycoph. 883] servatum fluxerit, me prorsus nescire ingenue fateor: conferatur si placet schol. *μ* 70.

1) Cf. c. 41, 3. Apollodor. I 9, 19, 4. schol. Apoll. I 1289 [FHG I p. 7 fr. 1].

2) Quod et Diodorus et Pindari scholiasta pro Magnesia Thessaliae vulgarem fabulam secuti Mysiam reposuerunt, nihil valere videtur.

3) Cf. scholl. Apoll. I 256. II 1144. IIII 119. 177 [FHG II p. 8 fr. 5].

4) Easdem sententiae atque altera quidem Palaephati testimonio munita apud Eusebium [can. 684 p. 88 Sch.] inter se obponuntur, tamen de Palaephato parum constat ut aliquid certi ex eius mentione concl

Dionysii fragmenta scholiis Apollonianis inserta cum eis quae Diodorus de Argonautarum fabulis [IIII c. 40—56] tradit, arte cohaerere et ad totum illius enarrationis tenorem optime quadrare cum olim viri docti cognovissent [1]), Diodorum Dionysio Mytilenaeo auctore usum esse adeo firmis argumentis Welckerus probavit [2]) ut usque ad hunc diem omnes viro incomparabili adsentirentur ac fabulas Argonauticas quas a ceteris Graecorum fabulis sepositas uno tenore inde a Peliae mandato usque ad Medeae in Asiam reditum Diodorus enarrat, ad unam omnes e Dionysio sumptas esse constaret. Neque vero Diodorum quas in Argo nominis veriloquiis exponendis et in Herculis Phrixi Phinei rebus narrandis fabularum discrepantias adfert [3]), eas de suo ingenio vel doctrina adiecisse licet contendere quia eaedem semel scholiis Apollonianis, bis et Apollonianis et Pindaricis vel Euripideis insunt. Accedit quod et quae de nave arietis effigiem in rostris ferente ex schol. Apoll. I 256 exscripsi et quae in schol. Apoll. IIII 177 cum schol. Eur. Med. 5 concinere demonstravi, illis locis proxime ab ipsa Dionysii mentione absunt. Illas igitur discrepantias a Dionysio quippe quem veterum poetarum scriptorumque testimonia adponere solitum esse Diodorus ipse dicat [III 66, 6]: παραπιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων τῶν τε μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν, narrationi insertas esse [4]) nec minus recte Apollonii Pindari Euripidis scholiorum concentum a Dionysii ab omnibus exscripti auctoritate repeti firmo atque certo iudicio pronuntio. Quod vero apud Diodorum saepe hiat oratio, eadem bis vel iisdem verbis narrantur, magnum de fabula aliqua inter scriptores esse dissensum compluribus locis adnotatur [5]), haec omnia e Dionysii librorum indole ac natura a Diodoro summa neglegentia

datur. Ceterum pro ariete navem arietis effigie ornatam substituere non licebat nisi ea fabula quae haud raro legitur non per aerem, sed per mare ariete vectos esse Phrixum et Hellen pro fundamento posita. Cf. Eratosthen. catast. p. 124 quem sequitur Ovidius fast. III 868, et ipse auctor Senecae [Troad. 1044 sq. Thyest. 853 sq.] et Valeri Flacci [I 281 sq.]; praeterea Hygin. fab. III. arg. Apoll. Arg. p. 584 Keil. Palaephat. 31 p. 292 sq. Westerm. quae ab Eusebianis illis prorsus discrepant.

1) Cf. quos adfert Welcker, ep. Cycl. I p. 80 n. 99. p. 84.

2) Cf. ep. Cycl. p. 82 sq.

3) Cf. quae supra exscripsi et c. 44, 4.

4) Coniecit hoc neque tamen certis argumentis usus O. Sieroka in programmate gymnasii Lyckiani cui inscripsit: Die mythographischen Quellen für Diodors 3. u. 4. Buch mit besonderer Berücksichtigung des Dionysios Skytobrachion. 1878. p. 9.

5) Cf. c. 41, 3. 44, 4 sq. 45, 5. 47, 4. 49, 7. 53, 7. 54, 6. 55, 5. 56, 1. 2.

excerptorum optime explicantur. Illum enim res Argonauticas ita enarrasse quasi expeditionem navalem quales ipsius aetate geri solerent, pragmatice exponendam sibi proposuisset, minime recte usque ad hunc diem viri docti existimavere, sed quamquam vetustas fabulas sive ut ad rationes pragmaticas adcommodaret sive ut res antiquitus traditas impudenter novando volgus delectaret, immutabat atque pervertebat, tamen ea ipsa quae veteres memoriae prodiderant, summa diligentia atque doctrina undique conrasit et congessit congestaque narrationi pro doctis sane ornamentis interposuit [1]. Sane siquis apud Dionysium [Diod. IIII 41, 3. schol. Apoll. I 1289. Apollod. I 9, 19, 4] Argonautas Herculem expeditioni praeposuisse legerit, mythographum non probasse coniciat quod Apollonius heroas Iovis filio virtute omnibus praecellenti Iasonem praeferentes fecit idemque iam certius illum fabulas traditas suis rationibus sine ulla auctoritate immutasse putet Medeae insidiarum scelerumque enarratione cum fabula Euripidea comparata. Plerumque Euripidis vestigia loguntur: utrubique Medeam cum a Creonte ex urbe eiceretur, unum diem ab illo petivisse quo fugam et exilium praepararet, narratur [2]) et qua Euripides in prologo Iasonem et Medeam olim coniunctos fuisse concordia memorat [3]), ea illic fusius describitur [c. 54, 2]: *τοῦτον μὲν οὖν τὸν χρόνον ἱστοροῦσιν ἀποδοχῆς ἀξιωθῆναι τὴν Μήδειαν ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς διὰ τὸ μὴ μόνον*

---

1) Floruisse eum altero a. C. n. saeculo exeunte consequitur ex Sueton. d. gramm. 7. 'M. Antonius Gnipho ... institutusque Alexandriae quidem ut aliqui tradunt in contubernio Dionysii Scytobrachionis quod equidem non temere crediderim cum temporum ratio vix congruat' cf. Hachtmann, de Dionysio Mitylenaeo seu Scytobrachione diss. Bonn. 1865. p. 18. Scytobrachione vel Scyteo cognomine eum usum esse Suidas tradidit; ita tamen omnia confudit ut mea quidem sententia omnino abiciendus sit. cf. Welcker. l. c. p. 76 sq. Xanthi Lydi historias ab eo interpolatas esse legitur apud Athenaeum XII p. 515 D ... *ὡς ἱστορεῖ Ξάνθος ὁ Λυδὸς ἢ ὁ τὰς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλίων* cf. Welcker, kl. Schriften I p. 481 sq.

2) Eur. Med. 340: *μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔασον ἡμέραν*
*καὶ ξυμπερᾶναι φροντίδ' ᾗ φευξούμεθα*

cl. cum Diod. c. 54, 5: *τὴν δὲ Μήδειαν ἐξελαυνομένην ἐκ τῆς πόλεως καὶ μίαν ἡμέραν παρὰ τοῦ Κρέοντος λαβοῦσαν εἰς τὴν τῆς φυγῆς παρασκευήν.*

3) Vs. 13 sq.: *αὐτή δὲ πάντα ξυμφέρουσ' Ἰάσονι·*
*ἥπερ μεγίστη γίγνεται σωτηρία*
*ὅταν γυνὴ πρὸς ἄνδρα μὴ διχοστατῇ.*

κάλλει διαφέρειν αὐτήν, ἀλλὰ καὶ σωφροσύνῃ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς κεκοσμῆσθαι neque minus quae infra leguntur: ἀγανακτούσης δὲ τῆς γυναικὸς καὶ θεοὺς μαρτυρομένης τοὺς ἐπόπτας γενομένους τῶν ὅρκων Medeam Themidis Iovis Dianae numina testantem [cf. vs. 160 sq.] vel hos prologi versus in memoriam revocant [20 sq.]:

> Μήδεια δ' ἡ δύστηνος ἠτιμασμένη
> βοᾷ μὲν ὅρκους, ἀνακαλεῖ δε δεξιᾶς
> πίστιν μεγίστην καὶ θεοὺς μαρτύρεται
> οἵας ἀμοιβῆς ἐξ Ἰάσονος κυρεῖ.

Sed ad eundem Euripidem referenda est quae alio loco adnotatur discrepantia [c. 54, 6]: τινὲς δὲ τῶν συγγραφέων φασὶ τοὺς μὲν υἱοὺς τῆς Μηδείας δῶρα κομίσαι τῇ νύμφῃ φαρμάκοις κεχριμένα, τὴν δὲ Γλαύκην δεξαμένην καὶ τῷ σώματι περιθεμένην αὐτήν τε συμφορᾷ περιπεσεῖν καὶ τὸν πατέρα βοηθοῦντα καὶ τοῦ σώματος ἁψάμενον τελευτῆσαι [1]). Aliis vero locis aperte id actum est ut quaecumque a poeta parum apte instituta esse neque bene inter se concinere viderentur, conrigerentur et severioribus rationibus disponerentur. E. g. quae illic se facturam minatur Medea [373 sq.]:

> τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν
> μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς
> θήσω, πατέρα τε καὶ κόρην πόσιν τ' ἐμόν.
> πολλὰς δ' ἔχουσα θανασίμους αὐτοῖς ὁδοὺς
> οὐκ οἶδ', ὁποίᾳ πρῶτον ἐγχειρῶ, φίλαι,
> πότερον ὑφάψω δῶμα νυμφικὸν πυρὶ
> ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι' ἥπατος
> σιγῇ δόμους εἰςβᾶσ' ἵν' ἔστρωται λέχος.
> ἀλλ' ἕν τί μοι πρόςαντες· εἰ ληφθήσομαι
> δόμους ὑπερβαίνουσα καὶ τεχνωμένη,
> θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων.
> κράτιστα τὴν εὐθεῖαν ᾗ πεφύκαμεν
> σοφοὶ μάλιστα, φαρμάκοις αὐτοὺς ἑλεῖν

his strenue exsequitur [2]). Etiam in hac re apud Diodorum fabula

---

1) Cf. 786 sq.: πέμψω γὰρ αὐτοὺς δῶρ' ἔχοντας ἐν χεροῖν·
κἄνπερ λαβοῦσα κόσμον ἀμφιθῇ χροΐ,
κακῶς ὀλεῖται πᾶς θ' ὃς ἂν θίγῃ κόρης·
τοιοῖσδε χρίσω φαρμάκοις δωρήματα.
cf. 947 sq. 1186 sq. Eadem neglegentia Euripides a Diodoro συγγραφεύς dicitur qua c. 44, 4 Sophocles μυθογράφος.

2) c. 54, 5: καὶ μίαν ἡμέραν παρὰ τοῦ Κρέοντος λαβοῦσαν εἰς τὴν τῆς φυγῆς παρασκευὴν εἰς μὲν τὰ βασίλεια νυκτὸς εἰσελθεῖν ἀλλοιώσασαν

melius procedit quod cum Iaso effugisset neque ulla alia spes esset dignas eum perfidiae poenas daturum, Medea immane illud scelus committit; denique addas apud Euripidem Iasonem cum haud pauca excusandi causa protulisset, a coniuge irata vehementissime vituperari quod haec omnia non antequam Creontis filiam in matrimonium duxisset, secum communicasset [553 sq.]:

*τί τοῦδ' ἂν εὕρημ' εὗρον εὐτυχέστερον*
*ἢ παῖδα γῆμαι βασιλέως φυγὰς γεγώς;*
*οὐχ ᾗ σὺ κνίζει, σὸν μὲν ἐχθαίρων λέχος...*
559 *ἀλλ' ὡς τὸ μὲν μέγιστον, οἰκοῖμεν καλῶς...*
562 *παῖδας δὲ θρέψαιμ' ἀξίως δόμων ἐμῶν*
*σπείρας τ' ἀδελφοὺς τοῖσιν ἐκ σέθεν τέκνοις*
*εἰς ταὐτὸ θείην καὶ ξυναρτήσας γένος*
*εὐδαιμονοίην*
586 *χρῆν σ' εἴπερ ἦσθα μὴ κακός, πείσαντά με*
*γαμεῖν γάμον τόνδ', ἀλλὰ μὴ σιγῇ φίλων.*

apud Dionysium hoc re vera fieri [c. 54, 2]: *μετὰ δὲ ταῦτα ἀεὶ μᾶλλον τοῦ χρόνου τὴν φυσικὴν εὐπρέπειαν ἀφαιρουμένου λέγεται τὸν Ἰάσονα Γλαύκης ἐρασθέντα τῆς Κρέοντος θυγατρὸς μνηστεῦσαι τὴν παρθένον. συγκαταθεμένου δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τάξαντος ἡμέραν τοῖς γάμοις τὸ μὲν πρῶτον ἐπιβαλέσθαι φασὶν αὐτὸν πείθειν τὴν Μήδειαν ἑκουσίως παραχωρῆσαι τῆς συμβιώσεως· βούλεσθαι γὰρ ἄλλην γαμεῖν οὐκ ἀποδοκιμάσαντα τὴν πρὸς αὐτὴν ὁμιλίαν, ἀλλὰ τοῖς τέκνοις σπεύδοντα συγγενῆ τὸν τοῦ βασιλέως οἶκον ποιῆσαι. ἀγανακτούσης δὲ τῆς γυναικὸς καὶ θεοὺς μαρτυρομένης το`ς ἐπόπτας γενομένους τῶν ὅρκων φασὶ τὸν Ἰάσονα καταφρονήσαντα τῶν ὅρκων γῆμαι τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα.* —

Sane igitur Dionysius Euripidem presse secutus esse videtur, paucos tamen locos ut melior aptiorque rerum ordo et conexus restitueretur, conrexisse atque ita quidem conrexisse ut causa et ratio conrecturae apertissime eluceret. At num in hoc iudicio

---

*τοῖς φαρμάκοις τὴν αὐτῆς ὄψιν καὶ τὴν οἰκίαν ὑφάψαι ῥίζιόν τι προςθεῖσαν εὑρημένον μὲν ὑπὸ Κίρκης τῆς ἀδελφῆς, δύναμιν δ' ἔχον ἐπὰν ἐξαφθῇ δυσκατάσβεστον. ἄφνω δὲ φλεγομένων τῶν βασιλείων τὸν μὲν Ἰάσονα ταχέως ἐκπηδῆσαι, τὴν δὲ Γλαύκην καὶ τὸν Κρέοντα τοῦ πυρὸς περικαταλαβόντος διαφθαρῆναι.* Vel in scholiis [ad vs 375] adnotatum est poetam in hac re parum sibi constitisse: *πῶς ἐπαγγειλαμένη ἀνελεῖν τὸν Ἰάσονα οὐκ ἀνεῖλε; κτλ.* Ceterum cum tota regia arsisset, Medeam infantes necasse Seneca quoque tradidit [vs. 892 sq.]; Apud Euripidem neque incendium oritur et post filiorum caedem Glauceam Creontemque periisse Medea certior fit.

adquiescere liceat, vel ea de causa dubium est quod Herculem Argonautarum ducem fuisse primus non Dionysius, sed Nicander auctor est [1]. Iam conferantur velim Medeae fabulae quam composuit Neophro, reliquiae [FTG p. 565 sq.]. Quomodo adciderit ut in summis angustiis Medea Aegeum auxilium ac refugium pollicentem inveniret, ex Euripide prorsus non intellegitur, Neophro quasi Euripidis neglegentiam conrigeret, cautius res conectit [schol. Med. 666]: *Νεόφρων δὲ εἰς Κόρινθον τὸν Αἰγέα φησὶ παραγενέσθαι πρὸς Μήδειαν ἕνεκα τοῦ σαφηνισθῆναι αὐτῷ τὸν χρησμὸν ὑπ' αὐτῆς τῆς Μηδείας γράφων οὕτως·*

> *καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν*
> *σοῦ· Πυθίαν γὰρ ὄσσαν ἣν ἔχρησέ μοι*
> *Φοίβου πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχανῶ·*
> *σοὶ δ' εἰς λογοὺς μολών γ' ἂν ἤλπιζον μαθεῖν.*

Vel ex hac re Wilamowitzium [anal. Eur. p. 155] rectissime contendisse adparet quales Neophronis reliquiae essent, talia ante Euripidem scribi non potuisse neque ulla relinquetur dubitatio siquis soliloquiis Medeae [2]) inspectis examinaverit qua astutia usus ille versus Euripideos inflexerit sive quae illic fusius dicuntur leviter adtingens sive brevitates eleganter amplificans. Denique ne certissima desint documenta, Iasonis suicidium Neophronis fabulae proprium [3]) etiam apud Diodorum occurrit [c. 55, 1]: *ἐν τοσούτῳ δὲ τὸν μὲν Ἰάσονα στερηθέντα τέκνων καὶ γυναικὸς δόξαι πᾶσι δίκαια πεπονθέναι· διὸ καὶ μὴ δυνάμενον ἐνεγκεῖν τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ἐκ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν μεταστῆσαι.* Ita igitur quomodo factum sit ut Dionysii narratione vel ipse vel conrectus Euripides proponi videatur, explicandum est ut apud Diodorum Neophronis Medeae argumentum ex Dionysio excerptum extare existimetur. Ceterum Neophro simulatque Euripides Medeam docuit, nullo fere temporis spatio intermisso suam fabulam Atheniensibus proposuisse videtur ut quam famam Euripidis obtrectatores disperserant cele-

---

1) Cf. Antonin. Liber. XXVI.

2) Cf. Neophr. fr. 2. Eur. Med. 1042 sq. 1049 sq.

3) Schol. Med. 1387 .... *Νεόφρων δὲ ξενικώτερον ἀγχόνῃ φησὶ τελευτῆσαι· τὴν γὰρ Μήδειαν παράγει πρὸς αὐτὸν εἰποῦσαν·*

> *τέλος φθερεῖ γὰρ αὐτὸς αἰσχίστῳ μόρῳ*
> *βροχωτὸν ἀγχόνην ἐπισπάσας δέρῃ·*
> *τοία σε μοῖρα σῶν κακῶν ἔργων μένει*
> *δίδαξις ἄλλοις μυρίοις ἐφημέροις*
> *θεῶν ὕπερθε μήποτ' αἴρεσθαι βροτούς.*

berrimam eius fabulam Neophroni esse subreptam, ea Aristotelis Dicaearchique temporibus crederetur creditaque memoriae traderetur [1]).

Infra quae inter multas ac varias Medeae fabularum formas adferuntur [c. 55, 5]: *τινὲς δ' ἱστοροῦσιν ὑφ' Ἱππότου τοῦ Κρέοντος ἐξαιτουμένην τυχεῖν κρίσεως καὶ τῶν ἐγκλημάτων ἀπολυθῆναι* non sine magna veri similitudine ad Medeam apud Euripidem ne ab Aegeo inimicis in iudicium traderetur timentem referuntur [cf. vs. 734 sq.]. Atqui certo ad iudicium aliquod spectat Carcini Medeae fragmentum ab Aristotele servatum [rhet. II 23 p. 1400 B. FTG p. 620]: *ἄλλος τόπος τὸ ἐκ τῶν ἁμαρτηθέντων κατηγορεῖν ἢ ἀπολογεῖσθαι οἷον ἐν τῇ Καρκίνου Μηδείᾳ οἱ μὲν κατηγοροῦσιν ὅτι τοὺς παῖδας ἀπέκτεινεν· οὐ φαίνεσθαι γοῦν αὐτούς· ἥμαρτε γὰρ ἡ Μήδεια περὶ τὴν ἀποστολὴν τῶν παίδων· ἡ δ' ἀπολογεῖται ὅτι οὐκ ἂν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονα ἂν ἀπέκτεινεν· τοῦτο γὰρ ἥμαρτεν ἂν μὴ ποιήσασα εἴπερ καὶ θάτερον ἐποίησεν.* In Peliadum fabulae enarratione [c. 50—53] etsi Medeae machinationes et artificia summopere amplificata et exornata atque omnino multa mirifice contorta esse videntur, ipsum tamen argumentum dignum est in quod adcuratius inquiratur. Quae enim ibi narrantur Medeam sacerdotio Dianae simulato Peliae filias decepisse, ea cum in pariete domus Pompeianae depicta esse adgnovisset Robertus, e tragoedia desumpta esse coniecit [2]); neque vero Diodorum aut pictorem ab Euripidis fabula pependisse idem cognovit quoniam illic Acastus omnino praetermissus fuisset. Plura accedunt. Quo enim dolo usam esse Medeam tradunt Pausanias [VIII 11, 2]: *ὡς γὰρ δὴ ἀφίκετο ἡ Μήδεια ἐς Ἰωλκόν, αὐτίκα ἐπεβούλευε τῷ Πελίᾳ τῷ ἔργῳ μὲν συμπράσσουσα τῷ Ἰάσονι, τῷ λόγῳ δὲ ἀπεχθανομένη* et Ovidius [met. VII 297]:

neve doli cessent, odium cum coniuge falsum
Phasias adsimulat Peliaeque ad limina supplex
confugit,

hunc ex Euripide desumptum esse non temere concludere mihi videor ex fr. 606:

*αἰνῶ· διδάξαι δ', ὦ τέκνον σε βούλομαι·*
*ὅταν μὲν ᾖς παῖς, μὴ πλέον παιδὸς φρονεῖν,*
*ἐν παρθένοις δὲ παρθένου τρόπους ἔχειν,*

---

1) Cf. arg. Med. [schol. gr. in Eur. ed. Dindorf. t. IIII p. 2] cum Dindorfii adnotatione.

2) Archaeol. Zeit. XXXII. 1875 p. 134 sq. Ceterum ex fabula quae apud Diodorum extat [c. 51, 1] *ἑαυτῆς δὲ τὰς μὲν τρίχας δυνάμεσί τισι χρίσασαν ποιῆσαι πολιάς* orta sunt quae tradit Clem. Al. strom. I p. 363 P . . *Μήδειά τε ἡ Αἰήτου ἡ Κολχὶς πρώτη βαφὴν τριχῶν ἐπενόησεν.*

*ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς*

*　　*　　*

*τὰ δ' ἄλλ' ἀφεῖναι μηχανήματ' ἀνδρώων,*

et fr. 607:

*πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σου·*

Praeterea versu Med. 693:

*τί χρῆμα δράσας; φράζε μοι σαφέστερον*

e Peliadibus repetito [1]) hunc praecedere:

*ἀδικεῖ μ' Ἰάσων οὐδὲν ἐξ ἐμοῦ παθών*

diligenter animadvertatur. Videtur enim Medea ubi ad Peliam confugit, hoc versu interrogata esse qua de causa rixam cum coniuge commisisset, illis ne adroganter coniugis legitimi imperio ac potestati refragetur admoneri. Denique fr. 604:

*Μήδεια πρὸς μὲν δώμασιν τυραννικοῖς*

multo melius ad mulierem fugam simulantem [2]) quam ad sacerdotem divinam Dianae maiestatem prae se ferentem quadrat. Videtur igitur hoc quoque argumentum non Dionysius suo arbitrio inflexisse, sed quae ipsi poetae tragici Euripidem secuti novaverant, diligenter excerpsisse. Omnino eum in fabulis tragicis multum versatum esse Diodori verbis indicatur [c. 56, 1]: *καθόλου δὲ διὰ τὴν τῶν τραγῳδῶν τερατείαν ποικίλη τις καὶ διάφορος ἱστορία περὶ Μηδείας ἐξενήνεκται* neque omittendum est quod a Dionysio Aeetae filio nomen fuisse traditum est Aegialeus [cf. Diodor. c. 45, 3], idem ei Pacuvium indidisse [3]) atque id quidem e poeta aliquo tragico qui post Euripidem floruit desumptum. Neque enim apud Sophoclem neque apud Euripidem illum ita nominatum esse constat e scholl. Apoll. IIII 223. Eur. Med. 167.

Vel haec sufficiunt opinor ut Dionysii operam ad historiae poeticae memoriam servandam multum valuisse eluceat. Vt vero enarratio Diodorea qua in unum orationis tenorem contracta et coagmentata libri Dionysiani obscura parumque certa imago proponitur, dilucide explicetur et in pristinas partes discerpatur, quoniam praesto sunt cum Euripidis Pindarique commentarii tum scholia Apolloniana, imprimis id agendum est ut ex eorum Diodorique

---

1) Cf. schol. ad h. vs. fragm. 605.

2) Cf. Ovid. l. c.: 'Peliaeque ad limina supplex confugit'. Non apte Robertus varias fabulas distinxit.

3) Cf. Cic. d. nat. deor. III 19, 48: 'quid huius Absyrto fratri qui est apud Pacuvium Aegialeus'. Vnde in Iustinum [XXXXII 3, 1] nomen pervenerit nescio.

consensu quos auctores Dionysius adhibuerit, quam certissime eruatur. Hesiodi Antimachi Deilochi Simonidis Acusilai testimonia quibus Dionysium usum esse ex scholiorum Diodorique consensu constat, scholia Apolloniana perlustranti saepissime occurrunt atque ea magnam quidem partem copiosis illis fabularum catalogis inserta[1]) qui simillimam speciem prae se ferunt et ab uno auctore fere omnes originem ducere videntur. Nicandri supra mentionem feci neque quae praeterea ex eo Hylae et Herculis fabulae adferuntur[2]) quin Dionysii operae debeantur dubito. Deinde quae apud Diodorum de inhospitalibus Ponti adcolis dicuntur [c. 40,4]: *τὸν δὲ Πόντον κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους περιοικούμενον ὑπὸ ἐθνῶν βαρβάρων καὶ παντελῶς ἀγρίων ἄξενον προςαγορεύεσθαι ξενοκτονούντων τῶν ἐγχωρίων τοὺς καταπλέοντας* Eratosthenis opinionem referunt apud Strabonem Apollodori opera servatam [VII p. 298]: *ἄπλουν γὰρ εἶναι τότε τὴν θάλατταν ταύτην καὶ καλεῖσθαι Ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν καὶ μάλιστα τῶν Σκυθικῶν ξενοθυτούντων καὶ σαρκοφαγούντων καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων*[3]) et quae scholl. Apoll. III 311. IIII 661 de Circae insula ceterisque Vlixis errorum locis inde ab Hesiodo in Italiae oram translatis exponuntur, fere usque ad verba Eratosthenis sunt Strabone iterum teste [I p. 23]: *Ἐρατοσθένης δὲ Ἡσίοδον μὲν εἰκάζει πεπυσμένον περὶ τῆς Ὀδυσσέως πλάνης ὅτι κατὰ Σικελίαν καὶ Ἰταλίαν γεγένηται, πιστεύσαντα τῇ δόξῃ μὴ μόνον τῶν ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων μεμνῆσθαι*[4]); quin etiam qui ab Eratosthene volgari de

---

1) Huc pertinent scholl. I 45. II 181. 296. 297. 1122. III 1066. IIII 259. 284. 828. 892. 1396; I 211. IIII 156. 1158; I 961. 966. 974. 989 — ubi postrema verbis *δοκοῦντας λῃστὰς εἶναι* e scholio vs. 996 intrusis confusa sunt — 1037. 1039. 1061. 1063. 1065; IIII 814; 992, neque horum auctorum testimonia haud ita raro coniuncta legi neglegendum est.

2) Cf. scholl. I 1236. 1300. 1304. Theocr. XIII 7 siquidem ibi *Νίκανδρος δὲ Κήυκος* recte conrigitur cl. Anton. Lib. l. c. Quid tamen hoc loco schol. I 1304: *Στησίμβροτος δὲ ὅτι διαφορὰν ἔσχον πρὸς τὸν Ἡρακλέα περὶ τῶν δεδομένων δώρων ὑπὸ Ἰάσονος τοῖς ἀριστεῦσι* vetus ille auctor Thasius sibi velit, prorsus non intellego neque haec ad Stesichori de Peliae ludis funebribus carmen referre dubito praesertim cum eo ipso loco Apollonius illorum mentionem fecerit. — Num praeter Nicandrum Posidippo poeta Alexandrino [cf. schol. I 1289] Scytobrachio usus sit, diiudicari nequit.

3) Eratosthenis sententia refertur a Cic. d. rep. III 9, 15. Ovid. trist. IIII 4, 56 sq. Lucian. Tox. 8; praeterea cf. Vkert. III 2 p. 151.

4) Cf. praeterea Strabo, V p. 282 *φασὶ δὲ καὶ πολύρριζον εἶναι τάχα τῷ μύθῳ τῷ περὶ τῆς Κίρκης συνοικειοῦντες* cum schol. Apoll. III 311

Vlixis erroribus opinioni obponebatur *ἐξωκεανισμός* ille Homericus[1]), apud Diodorum invenitur [c. 45, 5]: *κατὰ μέν τινας τῶν μυθογράφων φυγεῖν ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν καὶ νῆσον ἔρημον καταλαβομένην ἐνταῦθα μετὰ τῶν συμφυγουσῶν γυναικῶν καθιδρυθῆναι* neque deest altera sententia: *κατὰ δέ τινας τῶν ἱστορικῶν ἐκλιποῦσαν τὸν Πόντον κατοικῆσαι τῆς Ἰταλίας ἀκρωτήριον τὸ μέχρι τοῦ νῦν ἀπ' ἐκείνης Κίρκαιον ὀνομαζόμενον*. Addas schol. Eur. Med. 2 ubi etiam Simonides adfertur [cf. supra p. 2. 11][2]). A Dionysio igitur Eratosthenes excitatus est scholl. Apoll. II 1247. IIII 131. 1215. 259. 284 quibuscum scholl. II 399. IIII 310 arte cohaerent. Quomodo vero factum sit ut Pytheas cui ab Eratosthene summam fidem habitam esse Müllenhoffius demonstravit[3]), schol. Apoll. IIII 761 commemoraretur vel Scylacis Caryandensis nomen schol. IIII 1215 Eratostheni praecederet, certo erui nequit, nec Philostephani quem Dionysio praesto fuisse ex iis quae supra [p. 2 adn. 5] adnotavi, veri non dissimile est, testimoniis Scytobrachionis vestigia — si schol. IIII 277 exceperis — significari putaverim. Sed quo loco Hesiodi Antimachique de Harpyiis fabulas adtulit [scholl. II 296. 297] Scytobrachio, ex hoc versu:

*ἔνθ' οἵγ' εὐχέσθην Αἰνηΐῳ ὑψιμέδοντι*

apud Hesiodum Boreadas cum reverterentur Iovem precari non poterat concludere nisi quae illic secuntur: *ἔστι γὰρ Αἶνος ὄρος τῆς Κεφαλληνίας ὅπου Αἰνησίου Διὸς ἱερόν ἐστιν, οὗ μνημονεύει Κλέων ἐν Περίπλῳ καὶ Τιμοσθένης ἐν τοῖς Λιμέσιν* adiungebat, idemque schol. II 532 praefecti classi regis Ptolomaei Philadelphi memoriam servavit praesertim cum quas aras Argonautae ad Byzantium exstruxisse ibi dicuntur, eae a Diodoro quoque [c. 49, 2] commemorentur[4]). In eadem illa urbe cum Iasonis et Medeae nuptias cele-

---

*περὶ τὴν Ἰταλίαν ᾤκησεν ἡ Κίρκη ὅθεν ὄρος Κίρκαιον ἀπ' αὐτῆς πολυφάρμακον*, cf. schol. κ 135.

1) Cf. Strabo. VII p. 299: *ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ τοῖς περὶ Σικελίαν τὴν πλάνην λέγουσι καθ' Ὅμηρον τὴν Ὀδυσσέως· εἰ γάρ, αὖ χρῆναι τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γεγονέναι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν.*

2) Quo schol. Apoll. II 317 referatur: *περὶ τῶν Συμπληγάδων ὅτι ἐπὶ τοῦ Ποντικοῦ στόματος ἦσαν καὶ ὅτι Κυάνεαι ἐκαλοῦντο διὰ τὸ χρῶμα, ἐν τῷ πρώτῳ εἴρηται* prorsus incertum est.

3) Müllenhoff, deutsche Alterthumskunde I p. 318 sq.

4) Reduces enim eos hoc fecisse docet Polybius [IIII 39, 6]: *τὸ καλούμενον Ἱερὸν ἐφ' οὗ τόπου φασὶ κατὰ τὴν ἐκ Κόλχων ἀνακομιδὴν Ἰάσονα θῦσαι πρῶτον τοῖς θεοῖς.*

bratas esse tradiderit [schol. IIII 1153]: *Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους ἀχθῆναι Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν ἐν Βυζαντίῳ φησίν, Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ ἐν Κόλχοις πλησίον τοῦ ποταμοῦ μιγῆναι*, cum ut Sophoclem et Herodorum [scholl. IIII 259. 284] Argonautas eodem itinere quo profecti erant, domum redeuntes fecisse constat, atque ita narrationem Diodorus instituit. Qui cum omnibus Argonautarum fabulis enarratis ultimo loco a nonnullis auctoribus, inprimis a Timaeo reditum aliter descriptum esse addiderit [c. 56, 3], loco illo Dionysium suae narrationi Timaeum adplicasse consequitur[1]), neque vero ea Diodori fides atque diligentia est ut ex eius verbis *οὐκ ὀλίγοι γὰρ τῶν τε ἀρχαίων συγγραφέων καὶ τῶν μεταγενεστέρων ὧν ἐστι καὶ Τίμαιος, φασὶ τοὺς Ἀργοναύτας μετὰ τὴν τοῦ δέρους ἁρπαγὴν πυθομένους ὑπ' Αἰήτου προκατειλῆφθαι ναυσὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου πρᾶξιν ἐπιτελέσασθαι παράδοξον καὶ μνήμης ἀξίαν* quaecumque secuntur, ea ad unum omnia Timaei esse consequatur aut ea quam instituere pergit itineris descriptione: *ἀναπλεύσαντας γὰρ αὐτοὺς διὰ τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ ἐπὶ τὰς πηγὰς καὶ κατά τόπον τινὰ τὴν ναῦν διελκύσαντας καθ' ἑτέρου πάλιν ποταμοῦ τὴν ῥύσιν ἔχοντος εἰς τὸν Ὠκεανὸν καταπλεῦσαι πρὸς τὴν θάλατταν* cum scholii Apoll. IIII 284 verbis composita: *ὁ μὲν γὰρ Σκύμνος αὐτοὺς διὰ Τανάϊδος πεπλευκέναι ἐπὶ τὴν μεγάλην θάλασσαν, ἐκεῖθεν δὲ εἰς τὴν ἡμετέραν θάλασσαν ἐληλυθέναι. καὶ παρεκβολεύεται ὡς ἄρα ἐλθόντες ἐπὶ τὴν ἤπειρον οἱ Ἀργοναῦται ἐπὶ σκυτήρων ἐκόμισαν τὴν Ἀργὼ μέχρις οὗ ἐπὶ θάλασσαν παρεγένοντο* Dionysium Scymni testimoniis vel ipsum vel ex Eratosthene sumptis usum esse non recte et certo concludatur. Cognitum est igitur praeter auctores supra nominatos Eratosthenis Timosthenis Timaei Scymni testimonia ubicumque in scholiis Apollonianis ut Argonautarum fabulae adplicarentur, adhibita sunt, ad Dionysium certo referri. Plura accedent ubi in scholiorum Apollonianorum memoriam atque propaginem diligentius inquisitum erit. Praeterea ut certum toti quaestioni fundamentum substruatur, diligenter circumspiciendum est num quorum grammaticorum opera Scytobrachionis copiae in Apollonii Pindari Euripidis commentarios pervenerint, erui liceat.

---

1) Praeterea data occasione Timaeo auctore de rebus Corcyraeis longius disputavisse videtur cl. scholl. IIII 984. 1216. 1217. Ad eum refero etiam schol. II 399 *Τίμαιος δέ φησι πεδίον ἐν Κόλχοις εἶναι Κίρκαιον*.

## II

Apollodorum bibliothecae scriptorem ab Apollodoro Stoico Aristarchique discipulo prorsus esse secernendum et bibliothecam ut pro fabularum compendio uterentur ludi magistri, primo vel altero p. C. n. saeculo compositam esse Roberti opera[1]) nunc constat. Idem eum in Argonautarum fabulis enarrandis quamvis fere semper Apollonii vestigia presse secutum[2]) pauca et aliena

1) C. Robert, de Apollodori bibliotheca. diss. Berol. 1873.

2) Catalogo Robertiano [l. c. p. 79] hos locos addo quibus Apollonii versus adgnoscuntur:

| bibl. I 9, 21, 3 | Apoll. II 187 sq. |
|---|---|
| ἐξ οὐρανοῦ καθιπτάμεναι τὰ μὲν πλείονα ἀνήρπαζον, ὀλίγα δὲ ὅσα ὀσμῆς ἀνάπλεα κατέλειπον ὥστε μὴ δύνασθαι προσενέγκασθαι. | ἀλλὰ διὰ νεφέων ἄφνω πέλας ἀίσσουσαι<br>Ἅρπυιαι στόματος χειρῶν τ' ἄπο γαμφηλῇσιν<br>συνεχέως ἥρπαζον. ἐλείπετο δ' ἄλλοτε φορβῆς<br>οὐδ' ὅσον, ἄλλοτε τυτθόν, ἵνα ζώων ἀκάχοιτο·<br>καὶ δ' ἐπὶ μυδαλέην ὀσμὴν χέον οὐδέ τις ἔτλη<br>μὴ καὶ λευκανίην δὲ φορεύμενος . . . |
| 4 . . . αἱ δὲ παρέθεσαν αὐτῷ τράπεζαν ἐδεσμάτων, Ἅρπυιαι δὲ ἐξαίφνης σὺν βοῇ καταπτᾶσαι τὴν τροφὴν ἥρπαζον· θεασάμενοι δὲ οἱ Βορέου παῖδες Ζήτης καὶ Κάλαϊς . . . . . σπασάμενοι τὰ ξίφη . . . ἐδίωκον· | 263 αἶψα δὲ κουρότεροι πεπονήατο δαῖτα γέροντι<br>267 αἱ δ' ἄφαρ . . . . . . . . . . . . . . .<br>ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ἐσσεύοντο<br>κλαγγῇ μαιμώωσαι ἐδητύος· οἱ δ' ἐσιδόντες<br>ἥρωες μεσσηγὺς ἀνίαχον . . .<br>273 τάων δ' αὖ κατόπισθε δύω υἷες Βορέαο<br>φάσγαν' ἐπισχόμενοι πρόσσω θέον . . |
| 22, 2 . . . τὸν διὰ θαλάσσης πόρον ἀπέκλεισαν. ἀνεφέρετο δὲ πολλὴ μὲν ἀπ' αὐτῶν ὁμίχλη, πολὺς δὲ πάταγος. | 549 οἱ δ' ὅτε δὴ σκολιοῖο πόρου στεινωπὸν ἵκοντο<br>τρηχείαις σπιλάδεσσιν ἐεργμένον ἀμφοτέρωθεν<br>565 . . . . . . . . . . . . . . ὦρτο δὲ πολλὴ<br>ἅλμη ἀναβρασθεῖσα νέφος ὥς, αὖε δὲ πόντος<br>σμερδαλέον· πάντῃ δὲ περὶ μέγας ἔβρεμεν αἰθήρ. |
| 25, 2 μετὰ δὲ τὰς Σειρῆνας τὴν ναῦν Χάρυβδις ἐξεδέχετο καὶ Σκύλλα καὶ πέτραι Πλαγκταὶ ὑπὲρ ὧν φλὸξ πολλὴ καὶ καπνὸς ἀναφερόμενος ἑωρᾶτο. | IIII 922 τῇ μὲν γὰρ Σκύλλης λισσὴ προὐφαίνετο πέτρη,<br>τῇ δ' ἄμοτον βοάασκεν ἀναβλύζουσα Χάρυβδις,<br>ἄλλοθι δὲ Πλαγκταὶ μεγάλῳ ὑπὸ κύματι πέτραι<br>ῥόχθεον, ᾗχι πάροιθεν ἀπέπτυεν αἰθομένη φλὸξ<br>ἄκρων ἐκ σκοπέλων πυριθαλπέος ὑψόθι πέτρης,<br>καπνῷ δ' ἀχλυόεις αἰθὴρ πέλεν . . . |

ab illo tradere cognovit [1]). Quid quod hac tota libelli parte Apollonius nusquam nominatur, uno loco postquam ex Hesiodo aliisque de Harpyiis pauca Apollonii ne ulla quidem ratione habita excerpta sunt, haec adduntur [I 9, 21, 8]: *Ἀπολλώνιος δὲ ἐν τοῖς Ἀργοναύταις ἕως Στροφάδων νήσων φησὶν αὐτὰς διωχθῆναι καὶ μηδὲν παθεῖν δούσας ὅρκον τὸν Φινέα μηκέτι ἀδικήσειν* [cf. Apoll. II 282 sq.]. Haud aliter 21,2 quae Apollonius tradit [II 179 sq.] Phineum propter oracula passim et promiscue hominibus prodita a Iove caecatum esse inter ceteras causas verbis *οἱ μέν* additis adferuntur, neque ubi de Talo sermo est, Apolloniana ullo modo distinguuntur [2]). Iam quae Apollodorus enarrationi Apollonianae interposuit, cum Argonauticorum scholiis conferantur e. g. I 9, 17, 1 *αἱ Λήμνιαι τὴν Ἀφροδίτην οὐκ ἐτίμων· ἡ δὲ αὐταῖς ἐμβάλλει δυσοσμίαν* cum schol. I 615 *τῶν δὲ ἄλλων ἱστορούντων ὅτι κατὰ χόλον τῆς Ἀφροδίτης αἱ Λημνιάδες δύσοσμοι ἐγένοντο* . . ., 2 *προςσχόντες οὖν τότε γυναικοκρατουμένῃ τῇ Λήμνῳ μίσγονται ταῖς γυναιξὶν* cum schol. I 769 *ὅτι δὲ ἐμίγησαν οἱ Ἀργοναῦται ταῖς Λημνίαις Ἡρόδωρος ἱστορεῖ ἐν τοῖς Ἀργοναυτικοῖς* [3]) . . ., quae de Iasonis matre [16,1], de Argo Phrixi filio [16, 6], de Apsyrti caede [24, 1—8] narrantur cum scholiis I 45. 230. 4. IIII 223. 228. Gravissimi vero momenti est quod ex auctoribus schol. I 1289 adhibitis in bibliothecae loco [9,19] quattuor redeunt. Neque tamen ex hoc loco ipsos Scytobrachionis libros bibliothecae auctori praesto fuisse qui totam enarrationem Apollodoream vel obiter cum Diodoro contulerit, conliget, sed quid obstat quominus Apollodorum cum ex Apollonio narrationis argumentum atque materiam sumpsisset vel ipsis versibus in sermonem pedestrem conversis, quae in commentario docte et copiose exposita legisset haud paucis locis orationi interpolasse statuatur? An casu accidit ut in Tali fabula Sophocleae tragoediae et ab Apollodoro [I 9, 26, 8] [4]) vestigia legerentur et in schol. Apoll.

---

1) Robert. l. c. p. 80 sq.

2) Cf. bibliothecae verba [I 9, 26, 8] *τοῦτον οἱ μὲν τοῦ χαλκοῦ γένους εἶναι λέγουσιν* et paulo infra 4 *ἐξαπατηθεὶς δὲ ὑπὸ Μηδείας ἀπέθανεν ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσι διὰ φαρμάκων μανίαν αὐτῷ ἐμβαλούσης* cum Apoll. IIII 1641 sq. et 1669 sq.:

> . . . . *θεμένη δὲ κακὸν νόον ἐχθοδοποῖσιν*
> *ὄμμασι χαλκείοιο Τάλω ἐμέγηρεν ὀπωπάς,*
> *λευγαλέον δ' ἐπί οἱ πρίεν χόλον, ἐκ δ' ἀίδηλα*
> *δείκηλα προΐαλλεν ἐπιζάφελον κοτέουσα.*

3) Hoc claris verbis apud Apollonium nusquam dicitur cf. I 857 sq.

4) Cf. haec verba *οἱ δὲ ὑπὸ Ἡφαίστου Μίνῳ δοθῆναι* cum schol.

IIII 1638 testimonium adhiberetur vel quae de Phineo ab Apollodoro narrantur [I 9, 21, 2]: οἱ δὲ ὑπὸ Βορέου καὶ τῶν Ἀργοναυτῶν ὅτι πεισθεὶς μητρυιᾷ τοὺς ἰδίους ἐτύφλωσε παῖδας a scholio II 178: Σοφοκλῆς δὲ ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσε Παρθένιον καὶ Κράμβον πεισθεὶς διαβολαῖς Ἰδαίας τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς separari omnino non possent[1])? Deinde siquis in scholiis fabulam Apollonianam aliis et diversis saepe obponi animadverterit[2]), non iam mirabitur quod loco illo bibliothecae inepta Apollonii mentio fit vel alicubi eius fabula inter eas quas ab ipso discrepare dicit Apollodorus, recensetur, praesertim cum ipsis illis locis in scholiis Argonautica commemorentur: cf. schol. II 296 κατὰ δὲ Ἡσίοδον καὶ Ἀντίμαχον καὶ Ἀπολλώνιον οὐ κτείνονται et schol. II 178 ὁ δὲ Ἀπολλώνιός φησι πηρωθῆναι αὐτὸν καὶ πρὸς τῶν Ἁρπυιῶν κακῶς πάσχειν ὅτι ἀνέδην πᾶσι καὶ διαῤῥήδην ἐμαντεύετο. φησὶ γάρ 'οὐδ' ὅσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ'. Quoniam vel ex hac neglegentia atque incuria non eum fuisse bibliothecae auctorem adparet, qui praeter Apollonii Argonautica commentariis instructa etiam alios ut fabulas conligeret scriptores perquireret, quaecumque ab eo de Argonautarum expeditione memoriae tradantur neque ab Apollonii carmine pendeant, ad Argonauticorum commentarium pertinere statuo atque eum quidem quo etiam scholiasta codicis Laurentiani usus sit[3]).

---

in Plat. rem publ. I p. 337 [VI p. 333 ed. Herm.] nec dubito quin uterque locus ad Daedali fabulam pertineat; cf. FTG p. 133.

1) Vereor ne sub iis quoque bibliothecae verbis quae praecedunt: τοῦτον οἱ μὲν Ἀγήνορος εἶναι λέγουσιν, οἱ δὲ Ποσειδῶνος υἱόν eadem atque quae schol. II 178: Ἀγήνορος γὰρ παῖς ἐστιν ὡς Ἑλλάνικος· ὡς δὲ Ἡσίοδός φησιν, Φοίνικος κτλ. traditur discrepantia lateat. Neptuni enim filium Phineum unquam dictum esse omni caret probabilitate et hoc nomen ex verbis quae infra leguntur ὑπὸ Ποσειδῶνος intrusum esse veri simillimum est.

2) Cf. scholl. I 4. 45. 57. 211. 558. 623. 987. 996. 1037. 1063. 1207. 1236. 1289. 1304. II 98. 178. 296. 297. 866. 929. 1210. 1231. III 26. 311. 587. 1179. 1186. 1372. IIII 86. 87. 156. 177. 223. 228. 259. 284. 303. 892. 1217. 1750.

3) Discrepantiis quae inter bibliothecam et scholia sane intercedunt cum nimis inhaereret [cf. p. 20. 59] Robert paulo timidior hoc iudicium tulit [p. 82]: 'Apollodorum aut ipsum Sophoclis commentarium aut alium librum nescio quem cognovisse, cuius auctor Sophoclis scrinia compilaverat; quo statuto omnes eiusmodi adnotationes quae quidem expeditioni Argonautarum insertae sunt, ad eundem fontem referri consentaneum est.' Ex illis enim discrepantiis nihil aliud consequitur

Qua re cognita concentus illius quem inter Pindari Apolloniique scholia intercedere supra probavi, novum et praeclarum exsistit exemplum. Et apud Apollodorum et in scholiis Pindaricis ubi Iasonis *μονοκρήπιδος* fabula enarratur, Pherecydea exhiberi olim cognitum est [1]), atque ipsum mythographum ab Apollodoro exscriptum esse putes, nisi hic Iasonem cum ut flumen nudis pedibus transgrederetur soleas exuisset, alteram reliquisse, ille Apollonium [2]) secutus vi fluminis alteram ereptam esse narraverit. Haec igitur Pherecydae narrationi inserta esse quomodo aliter explicetur, nisi Apollodorum ex Apollonii commentario Pherecydea sumpsisse statuatur, non video. Quodsi commentariis Pindarico et Apolloniano Pherecydea illa communia olim fuerunt, certum hoc extat Dionysii vestigium unde eum et de iis quae ante ipsam Argonautarum expeditionem gesta sunt, fusius egisse et Pherecydae libris uti solitum esse cognoscatur. Quem etsi posteris quoque temporibus summopere esse lectitatum negari non licet et siquando commemoratur, summa opus est cautela nequid temere concludatur, hoc tamen meo iure sumere mihi videor ut quotiens in scholiis Apollonianis eius testimonia iuxta Hesiodum Antimachum eiusmodi auctores posita et ad Argonautarum fabulas inlustrandas adhibita sunt, haec omnia Dionysii operae vindicem [3]).

Haec tamen omnia conruunt si recte Lehrsius Robertum oppugnavit [4]). Doleo sane me in his studiorum primitiis venerabilem viri memoriam non ita colere potuisse ut supremum ingenii documentum et omni ratione probarem probatumque novis atque bonis argumentis defenderem. Quod cum a me impetrare non potuissem, hoc certe illius manibus tribuendum esse duxi ut eius argumentorum

---

quam alio commentarii exemplari usum esse Apollodorum, alio scholiastam neque obliviscendum est scholia a confusionis pertubationisque labe immunia esse omnino non posse. De Sophocle infra loquar.

1) Cf. Heyne observ. ad Apoll. p. 69. Robert. l. c. p. 67. FHG I p. 87. fr. 60.

2) Cf. I 9: *χειμερίοιο ῥέεθρα κιὼν διὰ ποσσὶν Ἀναύρου*
*ἄλλο μὲν ἐξεσάωσεν ὑπ' ἰλύος, ἄλλο δ' ἔνερθεν*
*κάλλιπεν αὖθι πέδιλον ἐνισχόμενον προχοῇσιν*

cum bibl. I 9, 16, 3: *διαβαίνων δὲ ποταμὸν Ἄναυρον ἐξῆλθε μονοσάνδαλος τὸ ἕτερον ἀπολέσας ἐν τῷ ῥείθρῳ πέδιλον.*

3) Hic est locorum index: scholl. I 45=230. 23. 45. 105. 139. 146. 152. 211. II 131. 178. 271. 299. I 1289. III 467. II 1149. III 411. 230. 1093. IIII 156. 223. 228. II 498. IIII 1396.

4) Wissenschaftl. Monatsbl. 1878 nr. 8 p. 115 sq.

vis atque gravitas de integro quam diligentissime examinaretur. Ac primum multis quidem bibliothecae locis versus Apollonianos adgnosci Lehrsius Roberto concedit, tamen his ipsis locis plurima inesse contendit quae ab Apollonio diversissima esse non neglegendum sit. Adferantur igitur omnes loci quibus Apollodorus aperte ab Apollonio discedit:

I 9, 17, 1 *ἡ δὲ αὐταῖς ἐμβάλλει δυσοσμίαν — συνηυνάζοντο αὐταῖς*: haec reperiuntur schol. I 615 [1]).

2 *προςσχόντες οὖν — ταῖς γυναιξίν*: reperiuntur schol. I 769.

*Ὑψιπύλη .... γεννᾷ παῖδας Εὔνηον καὶ Νεβροφόνον.* Eunei nomen *H* 468 commemoratum saepe invenitur et plerumque duos fuisse filios narratur [2]), Nebrophonus tamen alibi non occurrit. Apud Hyginum haec leguntur [fab. XV]: 'Hypsipyle ex Iasone procreavit Euneum et Deiphilum.'

19, 1 *Ὕλας γὰρ ὁ Θειοδάμαντος μὲν παῖς, Ἡρακλέους δὲ ἐρώμενος .... ὑπὸ νυμφῶν ἡρπάγη.* Hylam Herculis amasium fuisse et a compluribus nymphis ablatum Lehrsius negat apud Apollonium legi [l. c. p. 122]: leguntur et unum et alterum scholl. I 131. 1236.

3. 4 *Ἡρόδωρος δὲ .... τῶν Ἀργοναυτῶν γενέσθαι*: redeunt scholl. I 1168. 1289.

20, 2 *πλήξας κατὰ τοῦ ἀγκῶνος ἀπέκτεινε*: haec conrupta sunt nec iam coniecturam *κατὰ τὸν ἀγῶνα* Robertus [cf. l. c. p. 79 n. 19] defendat. Palmerii emendatione usus scribi velim *κατὰ τοῦ αὐχένος* quod sane discrepat ab Apollonio, sed redit apud Valerium Flaccum [IIII 307 sq.].

21, 1 *κατοικοῦσιν εἰς τὴν Θρᾴκης Σαλμυδησσόν*: scholl. II 177. 178. 532 Phineum Thraciae Salmydessum habitasse fuse demonstratur; in Asia eum regnum obtinuisse Pherecydes [schol. II 181] tradidit [3]).

*τοῦτον οἱ μὲν Ἀγήνορος — πλοῦν ἐμήνυσεν*: haec ad scholl. II 178. 181 pertinere supra demonstrasse mihi videor. Quae ultimo loco adfertur fabula: *τινὲς δὲ ὑπὸ Ποσειδῶνος ὅτι τοῖς Φρίξου παισὶ*

1) Schol. I 609 ea de causa non adtuli quod speciem historiolae recentiore tempore a grammatico aliquo compositae prae se fert.

2) Cf. arg. Pind. Nem. p. 424 Boeckh. Ovid. ep. VI 121. Stat. Theb. V 463. VI 342. epigr. Cyz. 10.

3) Verbis schol. II 178 *ἔνιοι δὲ αὐτὸν ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ βασιλεῦσαι ἱστοροῦσιν ἥτις ἐστὶ τῆς Ἀσίας* falso addita esse videntur *ὥς φησιν Ἑλλάνικος* quae ad sequentia pertinere docet scholium quod praecedit.

τὸν ἐκ Κόλχων εἰς τὴν Ἑλλάδα πλοῦν ἐμήνυσεν utrum in scholiis omnino non extet an schol. II 181 verbis ὅτι Φρίξῳ in ὅτι τοῖς Φρίξου conrectis inferenda sit, cum Roberto [cf. p. 52] nego discerni posse.

4 βουλομένοις δὲ τοῖς Ἀργοναύταις — ἐὰν ἀπαλλάξωσιν: reperiuntur apud Hyginum [fab. XVIIII] et schol. μ 70.

5—8 ἦν δὲ ταῖς Ἁρπυίαις χρεὼν — τὸν Φινέα μηκέτι ἀδικήσειν: haec alibi non leguntur, sed animadvertas Hesiodum et hic esse excitatum et in compluribus scholiis [II 296. 297] quae ad Harpyiarum fabulam pertinent: praeterea cf. quae supra [p. 15. 16] de Apollonii mentione disputavi.

22, 2 ἦσαν δὲ ὑπερμεγέθεις αὗται, συγκρουόμεναι δὲ ἀλλήλαις ὑπὸ τῆς τῶν πνευμάτων βίας: ventorum vi cautes conlisas esse tradunt etiam quae feruntur Orphei Argonautica [vs. 688 sq.][1]); ad magnitudinem rupium cf. Valer. Flacc. IIII 642.

ἦν δὲ ἀδύνατον καὶ τοῖς πετεινοῖς δι' αὐτῶν ἐλθεῖν: cf. Valer. IIII 569 sq.:

. . . . . quippe per altum
tenditis unde procul † venti, procul unde volucres.

Habet praeterea Ammian. Marc. XXII 8, 14.

5 συλλαβομένης Ἥρας διῆλθον: hanc discrepantiam falso Robertus librariorum vel Apollodori errori adtribuit [p. 80]; ex memoria versus μ 72 orta est:

ἀλλ' Ἥρη παρέπεμψεν, ἐπεὶ φίλος ἦεν Ἰήσων.

23, 11 συνείπετο δὲ αὐτῇ — προσηγόρευσε Τόμους: cf. Pherecydea scholl. IIII 223. 228 inserta.

26, 1 Ἀπόλλων δὲ . . . . τοξεύσας τῷ βέλει εἰς τὴν θάλασσαν κατήστραψεν: eadem fere exhibent Orph. Argon. 1364 sq.:

. . . . . Παιὰν δ' ἄρ' ἑκηβόλος ἀγχόθι ναίων
Δήλου ἄπο κραναῆς ἧκεν βέλος

8 τοῦτον οἱ μὲν — διερρήξατο χαλκοῦς et ἐξαπατηθεὶς δὲ — τελευτῆσαι λέγουσι: cf. quae de Apollonio adhibito et Sophocle commemorato supra dixi [p. 15]; ceterum haec alibi non inveniuntur.

6 μίαν δὲ ἐνταῦθα νύκτα μείναντες . . . . . τὸν πάντα πλοῦν ἐν τεσσαρσὶ μησὶ τελειώσαντες: haec unus praebet Apollodorus.

Septies concinunt scholia, quinquies Hyginus Valerius Orpheus, de quibus statim disputabitur; restant quattuor loci, atque vel ex iis duo arta quadam necessitudine cum scholiis cohaerere videntur. Catalogum si ut par est seposueris, cetera quae ab Apollonio

1) Novit Propertius quoque: III 26, 39.

aliena esse Lehrsius contendit, recte adferri nego. Quos p. 79 altero loco bibliothecae et carminis locos Robertus coniunxit, eos separari prorsus non posse non minus facile quicumque illos legit, intellegit quam quae in bibliotheca [I 9, 26, 2] de Medeae ancillis viros cavillantibus narrantur, ab Apollonio [IIII 1719 sq.] pendere. Quodsi Polyphemum non modo ne a latronibus sed etiam ne a bestiis Hylae pericula adferrentur, timuisse vel ancillas propter epularum inopiam viris inlusisse omisit Apollodorus, quid tandem obstat quominus hoc vel brevitatis causa vel propter neglegentiam factum esse statuatur? Neque adeo claris verbis Apollonius exposuit quae postquam Hylae aliquid adcidisse Herculem certiorem fecit, gesserit Polyphemus, ut Apollodoro illum secuto Herculem et Polyphemum puerum quaesivisse non licuerit narrare. Quae vero de Hyla aquatum misso habet Apollodorus, ea ex Apollonio breviter contracta sumpsisse probabilius putatur mea quidem sententia quam ab alio nescio quo auctore. Denique ex illis quae cum Apollonii etiam verbis concinere Robertus [p. 79] et ego [p. 14 n. 2] probavimus, plerumque ea esse animadvertatur quae a poetis narrationi ut vividior fiat, adspergi soleant neque ex vetustioribus fabulis desumpta esse videantur. Quis vero putet Apollodorum philosophum Stoicum Aristarchi discipulum grammaticum doctissimum ut Argonautarum fabulas exponeret, carmen a poeta Alexandrino ante centum annos compositum in sermonem pedestrem vertisse paucis docte adnotatis? Atque adeo primum locum per totam hanc partem Apolloniana obtinet narratio ut hoc fundamentum epitomatori deberi contendi non liceat. Vnde tandem illa doctrinae frustula narrationi Apollonianae interpolata atque ita quidem saepe interpolata ut cum ipsa narratione prorsus non cohaereant? Videatur num apte in Phinei fabula compluribus discrepantiis enumeratis pergatur [I 9, 21, 3] ἐπεμψαν δὲ αὐτῷ καὶ τὰς Ἁρπυίας οἱ θεοί, vel non in enarrationis initio sed illo demum loco quo de Hyla agitur, Herculem expeditioni omnino non interfuisse Herodoro auctore tradatur. Vnde in fabulae initio frustulum Apollonianum Pherecydeis insertum, unde tribus illis locis Apollonii fabulae inter discrepantias inepte recensae? Deinde qualis libri epitomam bibliothecam esse Lehrsius finxit? Sane Eratosthenes catasterismorum libro varias veterum fabulas aliter ab aliis narratas docte composuit, sed is quippe qui philologus esset ipseque carmina faceret, in ipsis fabulis conligendis adquiescebat, Apollodorum iis quae Graeci de diis antiquitus tradiderunt, prorsus diversas Stoicae philosophiae rationes adhibuisse certum est. Denique aliud is egit qui ut unum artisque finibus

circumscriptum argumentum ornate explicaret et inlustraret, multos et vetustos libros summa industria perquisivit et remotas doctrinae copias undique congessit, aliud qui ingenti historiae poeticae mole in angustum gyrum coartata fabulas plerumque in triviis et compitis decantatas stemmatum filis deduxit brevique et exili narrationi pauca doctrinae vetustae rudera adglutinavit. Mirum sane erat eiusmodi libri si ab Apollodoro vel Apollodori tempore compositus esset, memoriam prorsus interiisse, atque omnino vestigia satis antiqua bibliothecae extare olim Robertus recte negavit [p. 81]. Quod scholiis Soph. Ant. 980. Pind. Nem. X 114 'similia in bibliotheca legi' breviter adnotatur, non magis valet quam quod Apollodori nomen multis scholiis Homericis subscriptum legitur, quorum subscriptiones ad unam omnes a librariis Byzantinis additas esse ut certioribus argumentis demonstrem, spero aliquando mihi eventurum, quam qui nuper has res adtigit Jul. Schwarz in dissertatione Vratislaviensi de scholiis in Iliadem mythologicis.

Quoniam igitur ex uno atque certo exemplo a compendiorum fabularium auctoribus commentarium illum Apollonianum compilatum esse cognitum est, num eius memoria latius propagata sit circumspicienti quae Hygini feruntur fabulae occurrunt. Quo libro quisquis expeditionis Argonautarum narrationem [fab. XII—XXIII] composuit, eum Apollonii carmine pro fundamento ac norma usum esse multis locis 1) adparet, neque ita raro ipsa poetae verba quodammodo servata sunt. Haec praesto sunt exempla:

| fab. XV. | Apoll. I 611. |
|---|---|
| in insula Lemno mulieres Veneri sacra aliquot annos non fecerant, cuius ira viri earum Thressas uxores duxerunt et priores spreverunt. at Lemniades eiusdem Veneris impulsu coniuratae ge- | δὴ γὰρ κουριδίας μὲν ἀπηνήναντο γυναῖκας<br>ἀνέρες ἐχθήραντες, ἔχον δ' ἐπὶ ληιάδεσσιν<br>τρηχὺν ἔρον, ἃς αὐτοὶ ἀγίνεον ἀντιπέρηθεν<br>Θρηικίην δῃοῦντες, ἐπεὶ χόλος αἰνὸς ὄπαζεν<br>Κύπριδος οὕνεκά μιν γεράων ἐπὶ δηρὸν<br>[ἄτισσαν . . .<br>617 οὐκ οἶον σὺν τῇσιν ἑοὺς ἔρραισαν ἀκοίτας<br>ἀμφ' εὐνῇ, πᾶν δ' ἄρσεν ὁμοῦ γένος . . . |

1) Cf. fab. XII cum Apoll. I 5—17; fab. XV cum I 609—621. 668—696. 861—874; fab. XVI cum I 961—968. 1012—1036. 1058—1060; fab. XVII cum II 1—24. 67—97; fab. XVIII cum II 752—758. 815—827. 835 sq. 854—857. 894 sq.; fab. XVIIII cum II 178—189. 328—340; fab. XX cum II 1030—1038. 1069—1072. 1079—1082; fab. XXII. XIII cum III 404—419. 66—74. 83—89. 142—144. 280—284. 1330—1332. 1354—1357. 1368—1374. IIII 156—166; fab. XXIII cum IIII 212 sq. 303 sq. 1003—1010. 1106—1108. 1164. 1201—1205.

nus virorum omne quod ibi erat interfecerunt.

XVI . . . qui cum ab eo discessissent totumque diem navigassent, nocte tempestate orta ad eandem insulam ignari delati sunt.

1015 ἡ δ' ἔθεεν λαίφεσσι πανήμερος· οὐ μὲν ἰούσης
νυκτὸς ἔτι ῥιπὴ μένεν ἔμπεδον, ἀλλὰ θύελλαι
ἀντίαι ἁρπάγδην ὀπίσω φέρον ὄφρ' ἐπέλασσαν
αὖτις ἐυξείνοισι Δολίοσιν . . . . .
1021 οὐδέ τις αὐτὴν νῆσον ἐπιφραδέως ἐνόησεν
ἔμμεναι . . .

XVIIII . . . Phineo Apollo augurium dicitur dedisse. hic deorum consilia cum enuntiaret, ab Iove est excaecatus . . .

II 180 . . . μαντοσύνης τήν οἱ πάρος ἐγγυάλιξεν
Λητοΐδης· οὐδ' ὅσσον ὀπίζετο καὶ Διὸς αὐτοῦ
χρείων ἀτρεκέως ἱερὸν νόον ἀνθρώποισιν.
τῷ . . . . .
ἐκ δ' ἕλετ' ὀφθαλμῶν γλυκερὸν φάος . . .

Harpyias quae Iovis canes esse dicuntur . . .

289 Ἁρπυίας μεγάλοιο Διὸς κύνας . . . .

XXII . . . Aeeta Iasoni hanc simultatem constituit si vellet pellem auratam auferre, tauros aeripedes qui flammas naribus spirabant, iungeret adamanteo iugo et araret . . .

III 409 δοιώ μοι πεδίον τὸ Ἀρήιον ἀμφινέμονται
ταύρω χαλκόποδε στόματι φλόγα φυσιόωντες
418 . . . . σὺ δ' εἰ τάδε τοῖα τελέσσεις,
αὐτῆμαρ τόδε κῶας ἀποίσεαι εἰς βασιλῆος
1284 . . . . ζυγὰ χάλκεια ταύρων
αὐτόγυόν τ' ἐπὶ τοῖς στιβαροῦ ἀδάμαντος ἄροτρον

. . . . Iuno autem Iasonem ob id semper voluit servatum quod cum ad flumen venisset volens hominum mentes tentare, anum se simulavit . . . . cf. fab. XIII.

III 67 ἐξότ' ἐπὶ προχοῇσιν ἄλις πλήθοντος Ἀναύρου
ἀνδρῶν εὐνομίης πειρωμένῃ ἀντεβόλησεν
72 γρηῒ δέ μ' εἰσαμένην . . . .

Neque commentarii vestigia desunt. Cum enim quae fab. XVIIII initio enarrationi prorsus abrupte inseruntur: 'Phineus Agenoris filius Thrax ex Cleopatra habuit filios duos. hi a patre novercae crimine excaecati sunt', cum iis quae supra [p. 16] ex scholiis Apollonianis et bibliotheca exscripsi, componantur oportet, tum ex eo quod paulo infra prorsus eadem atque in bibliotheca de Phinei Argonautarumque pacto narrantur[1]), commentator ab

1) Cf. Hygini verba: 'Huc cum Argonautae devenissent et eum

utroque exscriptus proditur. Addas fab. XVI Cyzici filiis regnum ab Iasone datum esse narrari neque Cyzico progeniem fuisse nisi schol. I 1063 memoriae tradi. Quodsi in his fabulis nonnulla minus apte dicta vel exposita inveniuntur, verba fab. XII: 'ut Neptuno sacrum faceret' vel fab. XXII 'et se mutuo interficeret' falso loco interpolata sunt, fab. XVI Cyzicus Eusori filius, non nepos [cf. Apoll. I 949] dicitur, nomen insulae Diae e fabula XXI a ceteris prorsus aliena in Stymphalidum fabulam [XX] transfertur, fab. XVIII in Cyzici insula Propontidis [cf. fab. XVI] Lycum quoque regnum obtinuisse narratur neque recte tota fabula ante Phinei res [fab. XVIIII] ponitur — haec omnia compilatoris neglegentiae sine ullo scrupulo adtribuas neque illum Curetum moris meminisse vel Iunonem hominum mentes temptantem fusiore narratione descripsisse [1]) aegrius quam par est ferendum. Sunt tamen in quae haec ratio vix cadere videatur. Neque enim fab. XXIII mirum illud Aretae et Alcinoi conloquium vel duae Colchorum expeditiones ibidem in unam confusae doctum aliquem commentatorem olent quippe quae a carminis argumento parum discrepent neque ad ipsam fabulam variandam aliquid valeant, neque ea sunt quae quis Apollonii carmine quamvis negligenter lecto vel indiligenter in fabularum argumenta converso scripsisse probabiliter putari possit. Quodsi fab. XXIII haec verba ab Apollonio quidem [cf. IIII 1008 sq.] aliena: 'quem iudicem sumpserunt qui eos in posterum distulit' quarti libri Argonauticorum argumentum [cf. p. 484 Keil.: *ὁ δὲ ὑπερθέμενος εἰς τὴν αὔριον*] ita amplificant ut Alcinous quippe qui ab utraque parte arbiter constitutus esset, litem in posterum distulisse dicatur, vel eis quae in fine codicis Laurentiani argumento Argonauticorum [p. 533 Keil] leguntur Iasonem eo ipso tempore alterum calceamentum perdidisse quo Iunonem per flumen Anaurum transportaret [2]), ab Hygino fab. XIII Iunonem hoc in consilio

---

iter ut demonstraret, rogarent, dixit se demonstraturum si eum poena liberarent' cum bibl. I 9, 21, 4: *βουλομένοις δὲ τοῖς Ἀργοναύταις τὰ περὶ τοῦ πλοῦ μαθεῖν ὑποθήσεσθαι τὸν πλοῦν ἔφη τῶν Ἁρπυιῶν αὐτὸν ἐὰν ἀπαλλάξωσιν.*

1) Cf. fab. XX: 'exque more Curetum sonitu eas fugarunt' et fab. XXII: 'Iuno — volens hominum mentes temptare anum se simulavit et rogavit ut se transferrent; cum ceteri qui transierant despexissent, ille transtulit eam'.

2) Cf. haec: *γενόμενος δὲ ἐν τῷ Ἀναύρῳ τῷ ποταμῷ· ἔστι δὲ οὗτος Θεσσαλίας· καὶ βουλόμενος παρελθεῖν εὑρίσκει ἐπὶ τῆς ὄχθης τὴν*

habuisse additur, veri multo similius videtur fabularum quae Hygini feruntur auctorem non ut Apollodorum, ipsum carmen manibus trivisse, sed argumenta cum scholiis commixta compilasse, pauca quasi narrationis lumina atque ornamenta de suo ipsius ingenio admiscuisse. In commentario igitur illo restituendo ut harum fabularum testimonia minime spernenda sunt, ita ne nimia eis tribuatur auctoritas, cavebitur.

Carmen quo Orpheus res in expeditione gestas narrans proponitur, quo tempore antiquae doctrinae memoria magis magisque evanesceret omnisque laberetur literarum scientia, ab homine indocto compositum esse hodie apud omnes constat [1]). Quod Orphei arti et sapientiae quaecumque Argonautis feliciter atque gloriose cesserunt, vindicantur, sacrificia ab eo instituta longissime describuntur, res aliunde notae — Lemniarum scelus, Iasonis fortunae, Medeae fuga et facinora [2]) — obiter commemorantur, haec de suo ingenio auctor invenit, cetera Apollonio debet pleraque. Pauca exempla exscripsisse satis habeo:

| Orph. Arg. 283 sq. | Apoll. I 338. |
| --- | --- |
| κέκλυτέ μευ βασιλῆες ἀμύμονες· οὐ γάρ ἔμοιγε ἁνδάνει ἐν πραπίδεσσιν ἀρειοτέροισιν ἀνάσσειν. ἡμεῖς δ' ὅντινά οἱ κραδίη θυμός τε μενοινᾷ, ἡγεμόνα στήσασθε καὶ ᾧ πέρι πάντα μελήσει σημαίνειν ὅ τι οἱ ῥέξει ἔπος ἠδὲ καὶ ἔργον, πόντον ἐπιπλώουσιν ἀφιξομένοις τ' ἐπὶ γαῖαν εἴτε καὶ ἐς Κόλχους ἢ ἐς ἀλλοδαποὺς ἀνθρώπους. | τούνεκα νῦν τὸν ἄριστον ἀφειδήσαντες ἕλεσθε ὄρχαμον ἡμείων ᾧ κεν τὰ ἕκαστα μέλοιτο νείκεα συνθεσίας τε μετὰ ξείνοισι βαλέσθαι … |

Ἥραν γραῒ ὁμοιωθεῖσαν βουλομένην μὲν διαπεράσαι, φοβουμένην δὲ καὶ ἑστῶσάν φησιν ὡς γραῦν. εἶτα τοῦτο γνοὺς ὁ Ἰάσων λαβὼν ἐπὶ τῶν ὤμων διασῴζει κατὰ μέσον τοῦ ποταμοῦ τὸ ἓν πέδιλον καταλιπὼν ἐπὶ τοῦ πηλοῦ et Hygini verba: 'ea autem irata Peliae quod sibi sacrum intermiserat facere, effecit ut Iason unam crepidam in limo relinqueret.'

1) Praeter disputationem Hermanni cf. quos adtulit O. Müller, Orchomenos p. 291 f.

2) Cf. 475 sq. 861 sq.

καὶ γὰρ δὴ μοῦνον σὺν ἐμοὶ πολέες τε καὶ ἐσθλοὶ
292 ξυνὸν ἀνηρείψασθε πόνον κλέος ὄφρ' ἂν ἄρησθε.

609
Ἄργος δ' αὖθ' ἵκανε λιπὼν εὐεργέα νῆα
ὅς ῥα τανυφλοίῳ ἐλάτῃ ἀμφιπλεκὲς ἔρνος
ἀμπέλου αὐαλέης ὀξεῖ ἀπέκερσε σιδήρῳ·
ξέσσε δ' ἐπισταμένως βρέτας ἱερὸν ἰδμοσύνῃσιν

615
ἐν δ' ἄρ' ἐπειγόμενοι Μίνυαι, μέγα δ' ἔξοχα πάντων
Αἰσονίδης λιθάκεσσιν ἀρηρότα βωμὸν ἔτευξαν
ᾧ ἔπι ταυροθύτους λοιβὰς ἠδ' ἱερὰ καλὰ
ῥέξαν ἀριστῆες· σπονδῇσι δὲ τέρπετο Ῥείη

690
δοῦπος δ' ἅμ πέλαγός τε καὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανεν
ῥηγνυμένοιο κλύδωνος ὀρινομένης τε θαλάσσης
κύματι παφλάζοντι· περιβρέμε δ' ἄσπετος ἅλμη

711
ἀλλ' ὅτε δὴ πορθμοῖο κατὰ στόμα καὶ διὰ πέτρας
Κυανέας ἤμειψε λάλος τρόπις, αὐτίκ' ἄρ' αἶγε
βυσσόθεν ἐῤῥιζοῦντο καὶ ἔμπεδον αἰὲν ἔμιμνον.

760
ἵκτο δ' ὑπὸ πνοιαῖς ἀνέμου πλησίστιος Ἀργὼ
ὄρθριος ἐρχομένης ἠοῦς ἐπ' ἀπείρονα κόσμον

336 ἀλλὰ φίλοι· ξυνὸς γὰρ ἐς Ἑλλάδα νόστος ὀπίσσω,
ξυναὶ δ' ἄμμι πέλονται ἐς Αἰήταο κέλευθοι

1117
ἔσκε δέ τι σπαβαρὸν στύπος ἀμπέλου ἔντροφον ὕλῃ
πρόχνυ γεράνδρυον· τὸ μὲν ἔκταμον ὄφρα πέλοιτο
δαίμονος οὐρείης ἱερὸν βρέτας· ἔξεσε δ' Ἄργος
εὐκόσμως....

1123
βωμὸν δ' αὖ χέραδος παρενήνεον, ἀμφὶ δὲ φύλλοις
στεψάμενοι δρυΐνοισι θυηπολίης ἐμέλοντο
Μητέρα Δινδυμίην πολυπότνιαν ἀγκαλέοντες

II 565
....ὦρτο δὲ πολλὴ
ἅλμη ἀναβρασθεῖσα νέφος ὥς, αὖε δὲ πόντος
σμερδαλέον· πάντῃ δὲ περὶ μέγας ἔβρεμεν αἰθήρ

604
πέτραι δ' εἰς ἕνα χῶρον ἐπισχεδὸν ἀλλήλῃσιν
νωλεμὲς ἐῤῥίζωθεν·

1260
ἐννύχιοι δ' Ἀργοῖο δαημοσύνῃσιν ἵκοντο
Φᾶσίν τ' εὐρὺ ῥέοντα καὶ ἔσχατα πείρατα πόντου.

| | |
|---|---|
| *ἐς πέρατ' Ἀξείνου Φᾶσιν κατὰ καλλιρέεθρον·* | 1264 . . . . *ὦκα δ' ἐρετμοῖς* |
| *αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο διὰ στόμα πρηὺ ῥέοντος* | *εἰσέλασαν ποταμοῖο μέγαν ῥόον· αὐτὰρ ὁ πάντη* |
| *ἱκόμεθ', αὐτίκ' ἄρα στέφανος καὶ τεῖχος ἐρυμνὸν* | *καχλάζων ὑπόεικεν. ἔχον δ' ἐπ' ἀριστερὰ χειρῶν* |
| *Αἰήτεω κατέφαινε καὶ ἄλσεα τοῖς ἔνι κῶας* | *Καύκασον αἰπήεντα Κυταιίδα τε πτόλιν Αἴης·* |
| *χρύσεον ἠώρητο χαλαζαίῃ ἐπὶ φηγῷ·* | *ἔνθεν δ' αὖ πεδίον τὸ Ἀρήιον ἱερά τ' ἄλση* |
| *Ἀγκαῖος δ' ἤνωγε παραιφάμενος ἐπέεσσιν* | *τοῖο θεοῦ τόθι κῶας ὄφις εἴρυτο δοκεύων* |
| *λαίψηρά τε στέλλειν καὶ ἐπίκριον αὖθι χαλάσσαι* | *πεπτάμενον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀκρεμόνεσσιν.* |
| *ἱστὸν ἀνακλίναντας, ὑπ' εἰρεσίῃ δὲ νέεσθαι.* | 1262 |
| | *αὐτίκα δ' ἱστία μὲν καὶ ἐπίκριον ἔνδοθι κοίλης* |
| | *ἱστοδόκης στείλαντες ἐκόσμεον· ἐν δὲ καὶ αὐτὸν* |
| | *ἱστὸν ἄφαρ χαλάσαντο παρακλιδόν.* |

Iam scriptorem hunc id egisse adparet ut manifestam Apollonii imitationem versibus paulum mutatis vel rebus transpositis celaret. Cuius rationis egregia exempla sunt quae initio carminis [vs. 232—304] de Argonautarum convivio, navi in aquam deducta, duce creato Apolloniano ordine [cf. I 453—457. 375—392. 336—340 sq.] inverso proponuntur vel quae itinera versibus 365—372. 460—474. 486—496 descripta Apollonii versus I 519 sq. 581. 568. 582—585. 594—601. 915—918. 608. 927—935. 940. 955—960 prave exprimunt; praeterea vs. 715—717. 736—747. 751—759. 719—735 cum Apoll. II 345—396. 815 sq. 854 sq. 898 conferantur. Vel res ipsas ille paululum commutavit et contorsit: illic Iaso ipse ut Herculem ducem eligerent, Argonautis proponit [cf. vs. 293 sq. cum Apoll. I 341], fons Clita non ex nympharum sed ex ipsius Cyzici uxoris lacrimis oritur [cf. 600 sq. cum Apoll. I 1065 sq.], Hercules venandi causa in Mysia de nave egreditur [cf. 642 sq. cum Apoll. I 1187 sq.], Circe Iasonem et Medeam non domo expellit sed intrare omnino vetat [cf. 1240 sq. cum Apoll. IIII 745 sq.], Alcinous iudicium illud non cum uxore communicavit, sed ab ea propositum accepit [cf. 1333 sq. cum Apoll. IIII 1096 sq.] alia plura.

Nolim in incertis morari neque urgeo in Orphei catalogo [vs. 188 sq. 133 sq.] ex iis quae Apollonius de tribus Mercurii

filiis Eryto Echione Aethalide tradit [I 51 sq.], Amphrysi flumen et Antianiram ad Idmonis res transferri, quo loco illorum genus exponitur, Laothoam quam Idmonis matrem fuisse Pherecyde auctore in commentario legitur [schol. I 139], commemorari avo Meneto ex Apollonio [I 56] sumpto; vel eadem fere confusione qua apud Hyginum [fab. XIIII] Demonassa mater Philoctetae [fab. LXXXXVII et CII] Eurydamanti adscribitur, ab Orpheo [vs. 167 sq.] Meliboeam Philoctetae patriam Eurydamanti vindicari. Gravioris momenti est quae apud Diodorum [c. 56, 3] de Argonautarum reditu dicuntur: *ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων ἐπὶ τὴν δύσιν κομισθῆναι τὴν γῆν ἔχοντας ἐξ εὐωνύμων καὶ πλησίον γενομένους Γαδείρων εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν εἰςπλεῦσαι* apte cum his Orphei personati versibus consociari [1087 sq.]:

*οὐκέτι δὲ προφυγεῖν ἐδοκεύομεν αἰπὺν ὄλεθρον,*
*εἰ μὴ ἄρ' ὁρμαίνουσαν ὑπὸ κρατερῆφι βίηφι*
*νῆα μολεῖν ἴθυν' ἐπὶ δεξιὸν αἰγιαλοῖο*
*Ἀγκαῖος*
1172 *εἰ μὴ γάρ μ' ἱερῇσιν ἐπιγνάμψαντες ἄκρῃσιν*
*κόλπον ἔσω γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης*
*ἴξεσθ', ἅμ πέλαγός κεν Ἀτλαντικὸν ἐκτὸς ἵκωμαι.*
1209 *ἀναρρώων δ' ἀνέτρεψε*
*σκαιὸν ὑπεγκλίνας οἰήιον· ἐν δ' ἄρ' ἐπεῖχεν*
*μή τι κατ' ἰθὺ περᾶν, ἐπὶ δεξιὰ δ' εἶργε θέουσαν.*
1247 *καὶ τότε λυσάμενοι κείνης ἄπο πείσματα νήσου*
*κῦμα διαπρήσσοντες ἀνὰ στόμα Ταρτησσοῖο*
*ἱκόμεθα, στήλῃσι δ' ἐκέλσαμεν Ἡρακλῆος.*
*ἄκραις δ' ἀμφ' ἱερῇσι Διωνύσοιο ἄνακτος*
*μίμνομεν ἑσπέριοι· δαιτὸς δέ οἱ ἵετο θυμός.*
*ἦμος δ' ἀντολίῃσιν ἐγείρετο φωσφόρος αἴγλη,*
*ὄρθριοι εἰρεσίαις γλαυκὴν ἐχαράσσομεν ἅλμην,*
*Σαρδῷον δ' ἱκόμεσθα βυθὸν κόλπους τε Λατίνων.*

Praeterea Boreadae capite pedibusque pinnatis et cautes Cyaneae ventorum vi conlisae apud Hyginum Apollodorumque redeunt [1]). Denique de Phineo locus insignis est [vs. 670 sq.]:

*ἔνθα δ' ἀφορμηθέντες ὑπ' εἰρεσίῃ τε καμόντες*
*Βιθυνῶν μέγα ἄστυ βαθείῃ κέλσαμεν ἀκτῇ*
*σπείδοντες προχοαῖς ἠδ' εἰνὶ νιφαργέσιν ὕλαις*
*ἕσπεροι αὐλισθέντες ἐφοπλίσσαι μέγα δόρπον.*

---

1) Cf. Orph. 222. 688 sq. [quamvis corruptum verbum *κατειρυμένῃ* sit, tamen de sensu dubitari nequit] cum Hygin. fab. XIIII. Apollod. I 9, 22, 2. [cf. supra p. 19].

*ἔνθα πότ' αἰνόγαμος Φινεὺς ὑπερήνορι θυμῷ*
*δοιοὺς ἐξαλάωσε γόνους προβλῆσί τε πέτραις*
*θηρσὶν ἕλωρ προὔθηκε γυναίων εἵνεκα φίλτρων.*
*τοὺς δὲ καὶ ἀσκηθεῖς καὶ ὀπωπότας αὖθις ἔτευξαν*
*παῖδε κλυτοῦ Βορέω, Φινεῖ δέ οἱ ὤπασαν ἄτην*
*ἀργαλέοιο κότου, φωτὸς δ' ἀπενόσφισαν αὐγάς·*
*αὐτὰρ οἱ ζαμενὴς Βορέης στροφάδεσσιν ἀέλλαις*
*ἁρπάξας ἐκύλινδε διὰ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλας*
*Βιστονίης ἵνα κῆρ' ὀλοὴν καὶ πότμιον ἐπίσπῃ.*

His versibus fabulam inesse Sophocleam e scholio Apolloniano [II 178]: *Σοφοκλῆς δὲ ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσε Παρθένιον καὶ Κράμβον πεισθεὶς διαβολαῖς Ἰδαίας τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς* cum bibliothecae loco [I 9, 21, 2] composito: *καὶ πηρωθῆναί φασιν αὐτὸν . . . οἱ δὲ ὑπὸ Βορέου καὶ τῶν Ἀργοναυτῶν ὅτι πεισθεὶς μητρυιᾷ τοὺς ἰδίους ἐτύφλωσε παῖδας*[1]) elucet. Neque enim a scholiasta non poetam tragicum, sed grammaticum cuius nomen scholiis Argonauticorum subscriptum esset, adpellari Bergkius[2]) mihi probavit. Qui qua ratione e schol. Soph. Ant. 980 ubi altera Phinei uxor ab ipso Sophocle in Tympanistis commemorata esse dicitur, haec elicuerit: 'iam quae in Phineo de his Sophocles tradiderit, ea ex docto scholiasta ad Antigonam cognoscimus ad vs. 980 . . . . . . Doctum scholiastam qui quid Sophocles in Tympanistis de ea re memorarit noverit, nomina quoque Phinidarum ex Sophoclis Phineo rettulisse consentaneum est' prorsus non intellego. Quae vero Phinidarum nomina a Sophocle aliena esse cognovit, eis ut tota fabula ab eo abiudicetur, non magis uti licet quam eis quae schol. Pind. Isthm. III 104 Herculis filiis Euripides indidisse dicitur, ut Herculem furentem respici negetur, praesertim cum poetas tragicos eiusmodi nomina omnino omisisse, grammaticos postea argumentis interpolasse post Hillerum[3]) Wilamowitzius[4]) demonstraverit. Neque ullum Sophoclis grammatici testimonium catalogis illis fabularum qui in scholiis Apollonianis extant, insertum legitur, haud pauca tamen poetae [cf. schol. I 769. IIII 223 (= III 242). III 1040. 1372. IIII 284]. Vnde talia in vilem istum poetam pervenere ne linguae quidem Graecae satis peritum et certa historiae fabularis notitia adeo carentem ut Peleum et

1) Cf. supra p. 16. 22.
2) Mus. Rhen. I p. 361 sq. cf. Robert. l. c. p. 31.
3) Hermes VIII 442 sq.
4) Anal. Euripid. p. 184 sq.

Telamonem Aeginae filios diceret [cf. vs. 131. 185 sq.]? Videas praeterea quam non apte, quam sine arto conexu illae Phinei fabularum reliquiae narrationi exilissimae insertae sint: verine similius est hominem istum docto aliquo veterum fabularum thesauro usum esse an non solum Argonauticorum carmen sed commentarium quoque compilasse? Concedendum est non omnes difficultates hac ratione solvi, praecipue mira illa et nova quae de Argonautarum reditu proferuntur, non extricari, sed simpliciorem rationem non video [1]).

Ceterum fabulae Sophocleae memoriam a Dionysio servatam esse Diodorus testis est [l. c. c. 44, 4]: *οὐκ ἀγνοῶ δὲ διότι τινὲς τῶν μυθογράφων τυφλωθῆναί φασι τοὺς Φινεΐδας ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τὸν Φινέα τῆς ὁμοίας τυχεῖν συμφορᾶς ὑπὸ Βορέου* [2]). Etiam Orphei adulescentes in rupibus ac silvis expositos posteaque oculis restitutis sanatos ex Sophoclis tragoedia originem ducere siquis ausit statuere, testimonia praesto sunt Aristotelis [poetic. 16]: *καὶ ἡ ἐν τοῖς Φινεΐδαις· ἰδοῦσαι γὰρ τὸν τόπον συνελογίσαντο τὴν εἱμαρμένην ὅτι ἐν τούτῳ εἵμαρτο ἀποθανεῖν αὐταῖς· καὶ γὰρ ἐξετέθησαν ἐνταῦθα*, quae verba Welckerus [3]) probabiliter explicavit, et Aristophanis [Plut. 638] [4]): *Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών.* Omnino Dionysius fabulam Sophocleam suis ut solet rationibus contorsisse videtur, quin etiam conlatis Aristotelis verbis et epigrammate Cyziceno [anth. III 4]:

*μητρυιὰν Κλυτίος καὶ κλυτόνοος Πολυμήδης*
*κτείνουσι Φρυγίην ματρὸς ὕπερ σφετέρας·*
*Κλειοπάτρη δ' ἐπὶ τοῖσιν ἀγάλλεται ἣ πρὶν ἐπεῖδεν*
*τὰν Φινέως γαμετὰν δαμναμένην δολίως,*

suspicio est ne quae de novercae poenis poeta narravit, ita ille in fabulationes suas transtulerit ut more solito Herculem omni humanitate et clementia ornaret, praeterea vel hoc loco Scythas immi-

1) Praeterea ea de causa parum liquere non neglegendum est quo itinere in Oceanum Argonautas pervenisse Orpheus personatus sibi finxerit, quod locus gravissimus nonnullis versibus post 1069 lacuna interceptis perierit.

2) Quae schol. Soph. Ant. 980 docte componuntur, a Dionysio aliena esse videntur. Ceterum tragoediae argumentum in fabularum compendiis locum obtinuit cf. Apollodor. III 15, 3 neque omitti velim Ovid. a. a. I 339. rem. 454. Ib. 269.

3) Trag. graec. III p. 1206.

4) Cf. FTG p. 227.

sceret [cf. Diodor. l. c. c. 43. 44]. Sed haec hactenus. Quam poenam a Borea Phineo inflictam Pseudoorpheus adiecit, ut Dionysius memoriae tradidisse videtur, ita nescio an adtingant quae ex Hesiodo Ephorus apud Strabonem adtulisse dicitur [VII p. 302]: *Ἡσίοδον δ' ἐν τῇ καλουμένῃ Γῆς περιόδῳ τὸν Φινέα ὑπὸ τῶν Ἁρπυιῶν ἄγεσθαι*

*Γλακτοφάγων εἰς γαῖαν ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων* 1).

Denique quoniam hoc uno loco Dionysio Sophoclis memoriam deberi certo exploratum est, ceteris quoque quae huc pertinent scholiis Dionysium ex Sophoclis testimonio adlato adgnosci haud temere concluditur, praesertim cum Sophoclis fabulae inde a primo a. C. n. saeculo magis magisque oblivione obrutae rarissime historiae poeticae adhiberentur 2).

Constat igitur fabulas Argonauticas docte et copiose commenmentario quodam tractatas esse Apollonii Rhodii Argonauticorum satis celebri quem Orpheus personatus bibliothecae auctor Apollonii scholiasta, aliquo modo Hyginus compilaverint. Nequis tamen hoc scholiorum Apollonianorum corpus scriptoribus illis in manibus fuisse existimet. Neque enim eo tempore grammatici eiusmodi trilogias quale scholiorum codicis Laurentiani fundamentum est, componere soliti esse videntur et obstat Stephani Byzantii auctoritas solis Sophoclis commentariis usi 3). Dionysii vero copiae unde in scholia pervenerint, cum e schol. I 1039 *μνημονεύει Δηίλοχος τῶν ἀναιρεθέντων ὥς φησι Σοφοκλῆς* — Deilochi testimoniis Scytobrachionem usum esse concentu schol. Apoll. I 139 et Pind. Pyth. IIII 337 supra [p. 2.] probavi — adpareat neque res fabulares a Sophocle neglectas esse schol. I 932 ubi eum latere Steph. Byz. p. 4, 16 docet, exemplo sit, Sophoclem de quibus modo disputavi commentarios composuisse non temere conicere mihi videor.

Vel inde quae scholia Theocritea et Apolloniana concinunt haud pauca 4), non ad Theonem et Theocriti et Apollonii interpre-

1) Quae de hoc titulo '*Γῆς περίοδος*' viri docti [cf. Markscheffel. p. 197, Goettling. p. LI[2]] indicavere, omnia minime placent. Mea quidem sententia pars Catalogi vel Eoearum multis terris gentibusque enumeratis insignis *Γῆς περίοδος* dicebatur ut in Homericis carminibus *κατάλογος νεῶν* talia.

2) Scholia sunt I 769. II 178. III 242. IIII 228. III 1040. 1372. IIII 264.

3) Cf. p. 4, 16. 9, 6. 202, 14. 353, 6.

4) Cf. scholl. Theocrit. III 13. 43. 49. VII 77. XIII 1. 7. 48 cum scholl. Apoll. II 477. I 121. IIII 57. II 1248. III 26. I 1207. 1236.

tem referenda esse adparet. Neque omnino in hunc concentum eadem quam scholiis Pindaricis Euripideisque adhiberi par est, ratio cadit, quoniam quae scholiis Theocriteis et Apollonianis communia insunt, ad nimis diversa genera pertinent quam ut ex uno eodemque auctore ab utroque commentatore excerpta esse videantur, sed scholia Theocritea multo breviora atque exiliora [1]) eam speciem prae se ferunt ut eorum auctorem Sophoclis copiis usum esse veri simillimum sit. Neque hoc recentissimo tempore a Calliergo editore principe factum est quia pauca scholia Apollonianis plura continent e. g. ad vs. XIII 1. 7, alia vetusto codici Ambrosiano insunt; cf. scholl. III 43. 49. Improbanda igitur sunt quae de hac re disputavit Ahrens [Bucol. Graec. reliqu. t. II p. LXIIII].

E Dionysio Scytobrachione pleraque ab Apollonii commentatore desumpta esse satis opinor adparuit. Demonstratum est quaecumque ut fabulae Argonauticae explicarentur, ex Hesiodo Simonide Sophocle Antimacho Nicandro Deilocho Pherecyda Acusilao Scymno Eratosthene Timaeo in scholiis Apollonianis excerpta sunt, Dionysi opera esse conlecta. Neque temere qui illis auctoribus saepe adiunguntur Naupacticorum poeta Eumelus Epimenides Hellanicus Asclepiades [2]), eorum a Dionysio testimonia adlata esse vel etiam Ephori Istri Anticlidae scriptorum pragmaticorum libros [3]) adhibitos esse statuitur. Denique nulla fere dubitatio est de Aeschylo Hecataeo Herodoro. Neque enim magis simile est veri

---

1) Cf. Endymionis historias schol. Theocr. III 49 insertas cum doctrinae mole schol. Apoll. IIII 57 congesta vel haec verba schol. Theocr. XIII 48 *συμφωνεῖ δὲ τῇ ἁρπαγῇ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος καὶ Νίκανδρος* e schol. Apoll. I 1236 *καὶ Νίκανδρος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἑτεροιουμένων ὑπὸ πασῶν φησιν αὐτὸν ἁρπαγῆναι νυμφῶν, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ὑπὸ μιᾶς* prave descripta.

2) Adiunguntur Naupactica Pherecydae schol. II 299, ipsi Dionysio Sophocli Hesiodo schol. III 242 ubi Epimenides quoque commemoratur, Herodoro schol. IIII 86. 87; Eumelus Pherecydae schol. I 146, Sophocli III 1372; Epimenides Herodoro Acusilao Hesiodo schol. II 1122; Hellanicus Dionysio et Herodoro schol. II 1144; denique Asclepiades Herodoro schol. I 23, Antimacho et Pherecydae schol. II 178. Praeterea cf. scholl. III 521. 523. I 131 [= I 1207] 146. III 265. 835. 1085. 1086. 1087. I 162. II 328 [= II 562].

3) Cf. scholl. I 974. 1087. 1168. 1289. II 207. Onasus Amazonicorum auctor [scholl. I 1207. 1236. Theocrit. XIII 48] densa caligine obrutus est neque Heckeri et Mülleri coniectura *Διονύσιος* probari potest. Nomen occurrit CIA I p. 24 n. 38.

eum auctorem a Dionysio neglectum esse qui satis antiquo tempore magnam historiae fabularis partem pragmaticis rationibus adhibitis copiose enarraverit, quam in his fabularum catalogis alii deberi Aeschyli alii Sophoclis memoriam. Eadem vero quae in Herodoro, valet in Hecataeo ratio praesertim cum eius mentio iis quae schol. I 256 insunt Dionysianis arte coniungatur. Tamen cautio est ne huic fundamento nimis altum et sublime aedificium superstruatur. In ipso illo magno scholio [IIII 259] quo maximam partem Dionysii copias congestas esse certum est, occurrit Artemidorus Ephesius quem post Scytobrachionis aetatem floruisse constat [1]), neque hoc multi momenti est, quoniam cl. schol. III 859: *περὶ τῆς Κασπίας θαλάσσης ἱστορεῖ Ἀρτεμίδωρος ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Γεωγραφουμένων*, quae ex Artemidoro adferuntur [scholl. II 946. 963], ex Marciani epitoma [2]) a Byzantinis, quippe qui etiam Strabonis et Lycophronis mentionem iniecerint [scholl. II 942. IIII 1515], interpolata esse videntur. Sed eiusmodi ratio non valet in Asclepiade Myrleano quem praeter scholl. II 722. 789 ex schol. I 623: *ὅτι δὲ ἐνθάδε Θόας ἐσώθη, καὶ Κλέων ὁ Κουριεὺς ἱστορεῖ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς δεικνὺς ὅτι παρὰ Κλέωνος τὰ πάντα μετήνεγκεν Ἀπολλώνιος* etiam scholl. I 77. 587 adhibitum esse adparet, neque scio an ad eum ut in reliquiis libri de poculo Nestoreo apud Athenaeum [XI p. 489 B] servatis ita in scholl. I 1126. II 815. 845. 911. 929 Promathidae Heracleotae mentio referenda sit [3]). Quidquid id est, ne hunc quidem scriptorem quippe cuius aetas inter Dionysium Thracem et Asclepiadem intercesserit [4]), Dionysio praesto fuisse constat, neque est cur Demetrii Scepsii vel Apollodori Atheniensis libros ab ipso commentatore excerptos fuisse negetur [5]).

---

1) Cf. Marcian. per. Menipp. [Geogr. gr. min. ed. Müller I p. 566]: *Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος κατὰ τὴν ἑκατοστὴν ἑξακοστὴν ἐνάτην ὀλυμπιάδα γεγονώς.*

2) Cf. Marc. peripl. mar. ext. prooem. [Geogr. Gr. ed. Müller I p. 516]. Ibidem p. 574 sq. fragmenta plerumque a Stephano servata conlecta sunt.

3) Cf. FHG III p. 201 sq.

4) Cf. Athen. XI p. 469 B.

5) Cf. scholl. I 230. 238. 1123. 1165. III 134. I 1116. 1124. III 549. 1090 [*ταῦτα παρατίθεται Ἀπολλόδωρος ἐν νεῶν καταλόγῳ*]. Alteri utri quae de Idaeis Dactylis schol. I 1129 exponuntur, debentur cf. Strabon. X p. 473. Neanthae Cyziceni testimonia [scholl. I 1063. 1065] e Demetrii libris desumpta esse ex Strabonis verbis [I p. 45]: *πρὸς Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμοτέρως ἀντιλέγων εἰπόντα ὅτι οἱ Ἀργο-*

Addas qui hic vel illic adferuntur scriptores primorum a. et p. C. n. saeculorum πολυμαθεῖς Lysimachus [scholl. I 558. III 1178. 1179] Seleucus, cui libri a Charete Apollonii familiari de illius fabulis compositi notitia deberi videtur [schol. II 1052], Alexander Polyhistor [scholl. I 551. IIII 1492] unde schol. I 740 altera Armenidae mentio fluxit [1]), fortasse etiam schol. III 242 Diophanti Ponticarum historiarum auctoris: cf. Steph. Byz. p. 6, 18: Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ περὶ Εὐξείνου πόντου φησὶν ὡς Διόφαντος εἶπεν οὕτω λέγεσθαι αὐτοὺς διὰ τὸ τὸν Ἀβιανὸν ποταμὸν κατοικεῖν.

Multo minor Dionysii reliquiarum est numerus Pindari carminis Pythii quarti Euripidisque Medeae scholiis servatarum. Adnotasse sufficit Scytobrachioni deberi qui schol. Pyth. IIII 398 de Acetae tauris Antimachi testimonio [cf. supra p. 2] adduntur Sophoclis versus neque ex alius auctoritate scholl. v. 253. 450 Hesiodo Simonideque auctoribus de Iasonis origine vel ludis ab Argonautis in insula Lemno celebratis disputari. Schol. vs. 288 iis locis adnumerandum esse censeo quibus Dionysio auctore res ante ipsam expeditionem gestas enarrari supra [p. 17] demonstravi [2]). Scholio vero vs. 61 cuius ea parte quae cum schol. Apoll. IIII 1562 concinit [cf. supra p. 2], Dionysii sententia refertur, Asclepiadae grammatici mentio fit quam ut ceterorum commentatorum fere omnium memoriam, ad Didymi compilationes referendam esse veri simillimum est [3]). Vt igitur per Sophoclem in scholiis Apollonianis, ita in Pindaricis per Didymum Dionysii memoriam servatam esse probabile est, atque diligenter animadvertantur quae Medeae scholiis subscripta sunt: πρὸς διάφορα ἀντίγραφα. Διονυσίου ἐλοσχερὲς καί τινα τῶν Διδύμου.

Vnus scriptor praeter eos quos adtuli haud paucas Scytobrachionis Argonauticorum reliquias servavit; qua tamen ratione

---

ναῦται πλέοντες εἰς Φᾶσιν τὸν ὑφ' Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ὁμολογούμενον πλοῦν concludere non licet.

1) Cf. E. Maass, de Sibyllarum indicibus diss. Gryph. 1879 p. 22 n. 54.

2) Hygin. fab. II fabulae Pherecydeae frustulum servatum est: 'quod cum Athamas se facturum abnuisset, Phrixus ultro ac libens pollicetur se unum civitatem aerumna liberaturum'. Novercae nomen Pindaricum apud Hyg. astr. II 20 legitur; addas II 37 eadem veriloquia inter se obponi atque in Dionysii reliquiis [cf. supra p. 2. 3], et materiam loquacem Argo navi infixam ad Aeschylum referri.

3) Cf. schol. Nem. II 19. Occurrit praeterea scholl. Ol. III 22. VII 24. VIII 10. 28. Pyth. IIII 18. inscr. Nem. VI.

hoc adciderit, difficile est iudicatu. Valerium Flaccum et fabulae argumentum ex Apollonio sumpsisse et in ipsa oratione poetarum Romanorum more e Graeco exemplari multa vel integra Latino sermone expressisse vel eleganter atque docte inflexisse satis superque demonstratum est [1]); hoc loco tractanda sunt quae ab Apollonio discrepant. Cum Diodoro eum haud ita raro concinere olim qui eum edidit Thilo animadvertit [2]). Inprimis Hesionae fabulam apud utrumque Argonautarum expeditioni inseri notatur, praesertim cum hic consensus inter ipsas quoque narrationes intercedat [3]). Deinde Iphin quem Dionysio auctore [cf. scholl. Apoll. IIII 223. 228. FHG II p. 8 fr. 6] Diodorus c. 48, 4 [4]) commemorat, in Argonautis Valerius [cf. I 441] recenset, nec pauca in carminis initio sunt quae cum legeris fieri non potest quin Diodorea in memoriam revocentur. Cuius rei documentum hoc loco satis habeo descriptiones adferre Iasonis num expeditionem a patruo mandatam suscipiat meditantis [5]). Denique fabulae a Diodoro

---

1) Cf. Weichert, Leben und Schriften des Apollonius p. 270 sq. C. Valeri Flacci Argonauticon libri VIII rec. Thilo p. VIII. XII sq.

2) Cf. l. c. p. VIII n. **.

3) Cf. Diodor. IIII 42 . . . . *καὶ προσενεχθῆναι τῆς Τρῳάδος πρὸς Σίγειον. ἐνταῦθα δ' αὐτῶν τὴν ἀπόβασιν ποιησαμένων εὑρεθῆναί φασι παρθένον δεδεμένην παρὰ τὸν αἰγιαλόν* . . . et 5 *ἐνταῦθα δὲ τὸν μὲν Ἡρακλέα μετὰ τῶν Ἀργοναυτῶν τὴν ἀπόβασιν ποιησάμενον καὶ μαθόντα παρὰ τῆς κόρης τὴν περιπέτειαν* . . . . . cum Valer. II 445 sq. 451—470 vel quae de pestilentia et funesto illo oraculo narrantur [c. 42, 2]: *πρὸς δὲ τούτοις λοιμὸν ἐμπεσεῖν εἰς τὰ πλήθη καὶ καρπῶν παντελῆ φθορὰν ὥστε πάντας ἐκπλήττεσθαι τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως* . . . . *ἐκπεσόντος οὖν χρησμοῦ μῆνιν ὑπάρχειν Ποσειδῶνος καὶ τότε ταύτην λήξειν ὅταν οἱ Τρῶες τὸ λαχὸν τῶν τέκνων ἑκουσίως παραδῶσι βορὰν τῷ κήτει, φασὶν ἁπάντων εἰς τὸν κλῆρον ἐμβαινόντων ἐπανελθεῖν εἰς Ἡσιόνην τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα* cum vs. 475:

principio morbi caeloque exacta sereno
temperies

et vs. 480—484.

4) Olim Wesselingius ex codicum lectione: *Ἴφιτον τὸν Εὐρυσθέως ἀδελφόν* restituit *Ἶφιν τὸν Ἐ. ἀ.*

5) Cf. cum Diodori verbis c. 40, 5: *Ἰάσονα δὲ δόξης ὀρεγόμενον καὶ τὸν ἆθλον δυςέφικτον μέν, οὐ κατὰ πᾶν δ' ἀδύνατον κρίνοντα καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτὸν ἐπιφανέστερον ἔσεσθαι διαλαμβάνοντα* versus Valerianos [I 74 sq.]:

an . . . . freta iussa capessat
si qua operis tanti domito consurgere ponto
fama queat? tu sola animos mentesque peruris
gloria!

expositae [c. 46, 3] . . . *καθ' ὃν δὴ χρόνον τοὺς Ἀργοναύτας* . . . . *νυκτὸς καταπλεῦσαι τῆς Κολχίδος εἰς τὸ προειρημένον τέμενος· ἔνθα δὴ περιτυχόντας τῇ Μηδείᾳ πλανωμένῃ περὶ τὸν αἰγιαλόν* . . . . . . non nescius Valerius Medeam noctu ut Phoebum placaret domo egressam et Argonautis in litore occurrentem fecisse videtur cf. V 329 sq. 341 sq. 350 sq.

Neque vero cuiquam opinor Thilo persuasit haec ex ipso Diodoro a Valerio desumpta esse. Quid? poetam Romanum primi p. C. n. saeculi ut carminis argumentum et materiam docte undique conquisivisse videretur orationisque ac versuum elegantiae fabularum adderet novitatem, ei auctori studium et operam navasse qui nisi a scriptoribus Christianis Byzantinisve nunquam sit lectitatus [1]), qui ex quadraginta libris duos ad Graecorum historiam fabularem breviter enarrandam destinaverit, qui Argonautarum fabulae misere confusa atque perturbata rudera proposuerit? Scilicet eidem poetae veteris doctrinae copias adeo praesto fuisse ut ipse Herodori libris uteretur atque Diodorum dignum videri quem lectitaret, Thilo existimat. Sane Tiphy mortuo Erginum navem gubernasse et apud Valerium [V 65] legitur et in schol. Apoll. II 895 Herodorus auctor est, sed alii adcedunt loci quibus a Valerio eadem atque in scholiis narrantur neque ea a Diodoro discrepant. Apud illum enim tota quae c. 47 de Aeeta enarratur fabula in oraculo quodam Aeetae de aureo vellere dato [2]) vertitur. Vnde si vellus e Martis fano ablatum esset se periturum esse cum cognovisset, regem templo Tauros custodes adposuisse et velleris custodiam Draconti cuidam commisisse; nominum similitudine factum esse ut Graeci de tauris ignem vomentibus et draconte insomni inepta fabularentur. Hae argutiae cui fabulae adhibebantur, eam hoc scholio Apolloniano olim expositam fuisse elucet [III 594]: *ὅτι δὲ χρησμὸς ἦν Αἰήτῃ δεδομένος ὑπὸ τῶν αὑτοῦ ἐγγόνων ἀπολέσθαι καὶ Ἡρόδωρος ἐν τοῖς Ἀργοναύταις ἱστορεῖ* [3]). *τούτου ἕνεκα καὶ τὴν ζεῦξιν τῶν ταύρων λέγει αὐτὸν ἐπινοῆσαι*, quoniam Aeeta non ea de causa tauros iungi iussit ne ab ipsius progenie interficeretur, sed ut quicunque vellus aureum auferendum sibi proposuisset, summa

---

1) Nihil valet quod Plinius [h. n. prooem. 25] bibliothecae titulum commemorat.

2) c. 47, 2: *μετὰ δὲ ταῦτα βασιλεύοντι τῆς Κολχίδος Αἰήτῃ χρησμὸν ἐκπεσεῖν ὅτι τότε καταστρέψει τὸν βίον ὅταν ξένοι καταπλεύσαντες τὸ χρυσόμαλλον δέρος ἀπενέγκωσι.* cf. § 6.

3) Haec iterum vs. 605 adscripta sunt.

mortis pericula subiret. Melius huius fabulae memoriam Hyginus [fab. XXII] servavit: 'Aeetae Solis filio erat responsum tam diu eum regnum habiturum quamdiu ea pellis quam Phrixus consecraverat, in fano Martis esset. itaque Aeeta Iasoni hanc simultatem constituit ... tauros ... iungeret.' Neque vero quin hanc fabulam Dionysius priusquam rationes illas pragmaticas quas Diodorus exscripsit, exposuisset, auctoribus nominatis adtulerit dubium est. Atque prorsus eadem Valerius somno Aeetae portendi dicit [V 236]:

tunc tibi regnorum labes luctusque supersunt,
rapta soporato fuerint cum vellera luco.

Neque tamen tanta huius poetae doctrina historiaeque fabularis peritia mihi visa est ut eum Dionysii libris ipsum usum esse statuam. Multa opinor aliter instituisset, nova inseruisset, nota nove immutasset si magnam fabularum copiam a Scytobrachione congestam ipse diligenter perlustrasset et perquisivisset. Fere enim ab Apollonii exemplo non discessit nisi ut doctrinae adparatum a poeta Alexandrino speciose propositum recideret vel orationem narrationemque elegantius formaret, ac ne bellum quidem quod a Sauromatis a Perseo arcessitis Aeetae inlatum esse narrat, antiquitus traditum esse videtur, sed ne carmini epico belli pugnarumque descriptiones nationumque et exercituum recensus deessent, ex Apollonio [III 351 sq. 392 sq.] ab ipso poeta effictum. Immo quae ab Argonauticis discrepant, apertam Apollonii imitationem adeo non tegunt, tam facile dignoscuntur et divelluntur ut olim Valerium fere omnia, ut Orpheum personatum, ex commentario sumpsisse putarem; ubi cum Dionysius exscriptus esset, factum esse ut Valerius et cum Diodoro et cum scholiis Apollonianis saepe concinere videretur. Scilicet commentario multo plura inerant quam quae nunc margini codicis Laurentiani adscripta leguntur; imprimis de rebus ante expeditionem gestis ut carminis Apolloniani initium exile et paene obscurum longius explicaretur, haud pauca e Dionysio excerpta esse vel ex iis quae de fragmento Pherecydeo supra [p. 17] disputavi, sequitur, similique ratione ex eo consensu qui inter Valerii ultimam primi libri partem [cf. I 767 sq.] et Apollodorum [I 9, 27, 1. 2] intercedit, aliquis suspicetur ea quae post expeditionem Iolci acciderunt, ibi exposita fuisse praesertim cum narratio Apollodorea non multum a Dionysio [cf. Diodor. c. 50, 1. 2] distet. At multo audacius totam Hesionae fabulam ex commentario Valerius hausisse conicitur; immo alia ratione poetas Romanos grammaticorum Graecorum ope usos esse siquando ut carminum argumenta docte componerentur, aliqua historiae poeticae notitia

opus esset, Vsenerus me commonefecit inprimis Ovidi literis ad Iulium Hyginum doctorum virorum cultorem et antistitem datis nisus: cf. trist. III 14 praecipue vs. 43 sq.:

saepe aliquod quaero verbum nomenque locumque
nec quisquam est a quo certior esse queam.

Mandabant enim poetae amicis clientibus servis ut hanc vel illam historiae poeticae partem e vetustis auctoribus conquisitam breviter redactam multis poetarum locis instructam proponerent: documento extat Parthenii libellus Cornelio Gallo destinatus. Quo vero thesauro in eiusmodi angustiis Graeculus aliquis commodius utebatur quam Dionysii voluminibus? Atque ut eius scrinia in Valeri usum compilata esse supra adparuit, ita num plura eliciantur, erit circumspiciendum.

Pindari carmen Pythium quartum enarratio Valeriana compluribus locis sapit: inprimis conferas quas apud utrumque Pelias ut Iasoni expeditionis pericula sine ulla dubitatione subeunda esse omnibus modis persuadeat, adfert causas: Phrixi umbram in somniis visam, ipsius corpus senectute debilitatum, Iasonis vires atque iuventutem [1]). Quominus autem Valerius Pindari carmina

---

1) Neque neglegendum est cl. schol. Pyth. IIII 281 Phrixi umbram Pindari propriam esse. Ceterum hi sunt versus [157 sq.]:

. . . . ἀλλ' ἤδη με γηραιὸν μέρος ἁλικίας
ἀμφιπολεῖ, σὸν δ' ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει· δύνασαι δ' ἀφελεῖν
μᾶνιν χθονίων· κέλεται γὰρ ἑὰν ψυχὰν κομίξαι
Φρίξος ἐλθόντας πρὸς Αἰήτα θαλάμους
δέρμα τε κριοῦ βαθύμαλλον ἄγειν.

Valer. I 41 sq.: . . . . . nostri de sanguine Phrixus
Cretheos ut patrias audisti effugerit aras.
hunc ferus Aeetes Scythiam Phasimque rigentem
qui colit — heu magni Solis pudor — hospita vina
* *
nil nostri divumque memor. non nuntia tantum
fama refert: ipsum iuvenem tam saeva gementem,
ipsum ego cum serus fessos sopor adligat artus,
adspicio: lacera adsiduis namque illius umbra
questibus et magni numen maris excitat Helle.
si mihi quae quondam vires, vel pendere poenas
Colchida iam et regis caput hic atque arma videres.
olim annis ille ardor hebet necdum mea proles
imperio et belli rebus matura marique.
tu cui iam curaeque vigent animique viriles,
i decus et pecoris Nephelaei vellera Graio
redde tholo ac tantis temet dignare periclis.

ipse perscrutatus esse videatur obstant quae de Peliae in Iasonem odio narrat [I 26 sq.]:

sed non ulla quies animo fratrisque paventi
progeniem divumque minas; hunc nam fore regi
exitio vatesque canunt pecudumque per aras
terrifici monitus iterant, super ipsius ingens
instat fama viri virtusque haud laeta tyranno.

Oraculo enim illi commemorato quidem a Pindaro[1]) quod additur Peliae suspectam virtutem ac famam fratris filii fuisse, id Dionysium adtulisse testis est Diodorus [c. 40, 1. 3]: *ῥώμῃ δὲ σώματος καὶ ψυχῆς λαμπρότητι διενέγκαντα .... τὸν δ' ἀδελφὸν εὐλαβεῖσθαι μήποτε συνεργὸν ἔχων τὸν υἱὸν ἐπίθηται τῇ βασιλείᾳ* neque eum hoc uno loco Pindari carmen adhibuisse ex eis quae secuntur adparet [c. 41, 2]: *Ἰάσονα δὲ ... ἐκλέξαι τῶν ὀρεγομένων τῆς αὐτῆς προαιρέσεως τοὺς ἐπιφανεστάτους ἀριστεῖς* conlatis cum Pyth. IIII 188 sq.:

*ἐς δὲ Ἰωλκὸν ἐπεὶ κατέβα ναυτᾶν ἄωτος*[2]),
*λέξατο πάντας ἐπαινήσαις Ἰάσων*[3]).

Atque alio loco cum Homericum illud *Ἀργὼ πᾶσι μέλουσα* a Pindaro paulo fusius explicatum Dionysius suo more ad rationes pedestres neque volgari rerum humanarum naturae contrarias detraxisset, iterum poetam et mythographum Valerius miscuit [I 96 sq.]:

at Iuno Argolicas pariter Macetumque per urbes
spargit inexpertos temptare parentibus austros
Aesoniden: iam stare ratem remisque superbam
poscere quos revehat rebusque in saecula tollat[4]).

---

1) Cf. l. c. vs. 71 sq.: ..... *θέσφατον ἦν Πελίαν
ἐξ ἀγαυῶν Αἰολιδᾶν θανέμεν χείρεσσιν ἢ βουλαῖς ἀκάμπτοις.*

2) Hoc ita expressit Valerius [I 100 sq.]:

omnis adest quae iam bellis spectataque fama
turba ducum primae seu quos in flore iuventae
temptamenta tenent necdum data copia rerum.

Ceterum Pindari memor Theocritus XIII 27 *θεῖος ἄωτος ἡρώων* et vs. 17 *ἀριστῆες .... πασᾶν ἐκ πολίων προλελεγμένοι ὧν ὄφελός τι* dixit. Quem imitatus est Vergilius [ecl. IIII 34 sq.]:

..... et altera quae vehat Argo
delectos heroas . .

3) Itaque meo iure Pindari memoriam his scholiorum Apollonianorum locis Dionysio deberi censeo: IIII 259. 1552. 1562. 1750. II 498.

4) Haec Pindarus [l. c. vs. 184 sq.]:
*τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν ἡμιθέοισιν πόθον ἔνδαιεν Ἥρα
ναὸς Ἀργοῦς μή τινα λειπόμενον*

Huc haud scio an pertineant quae de Dioscuris in fronte sidera ferentibus tradit [I 568 sq.]:

dixit et ingenti flammantem nubila sulco
derexit per inane facem quae puppe propinqua
in bifidum discessit iter fratresque petivit
Tyndareos placida et mediis in frontibus haesit
protinus amborum lumenque innoxia fundit
purpureum miseris olim implorabile nautis [1]).

Magna tempestate apud Samothracen insulam orta cum Orphei Samothracum mysteriis initiati precibus omnes ab interitu servati essent, in Tyndaridum capita stellas esse demissas tradidit Dionysius [cf. Diodor. IIII 43, 2], simili omine navem esse solutam. Pindarus [l. c: vs. 197 sq.]:

*ἐκ νεφέων δέ οἱ ἀντάυσε βροντᾶς αἴσιον*
*φθέγμα· λαμπραὶ δ' ἦλθον ἀκτῖνες στεροπᾶς ἀπορρηγνύμεναι.*
*ἀμπνοὰν δ' ἥρωες ἔστασαν θεοῦ σάμασιν κτλ.*

Putes igitur Valerium ominis tempus ex Pindaro, cetera ex Dionysio hausisse. Ceterum Dionysiana commentario fuisse inserta Hygini [fab. XIIII p. 39 M.] verbis probatur: 'his eodem quoque tempore stellae in capitibus ut viderentur, adcidisse scribitur'.

Atque alius quoque huius Hygini fabulae locus adeo cum Valerio et Diodoro concinit ut certa Dionysii vestigia adpareant. Ibi enim qui inter Argonautas singulis ad navem regendam muneribus fungebantur, sic recensentur: 'Dux ergo Iason regnavit. faber Argus Danai filius * * [2]) cuius post mortem rexit navem Ancaeus Neptuni filius. proreta navigavit Lynceus Apharei filius qui multum videbat. toecharchi autem fuerunt Zetes et Calais Aquilonis filii qui pennas et in capite et in pedibus habuerunt. ad proram et remos sederunt Peleus et Telamon. ad pitulum sederunt Hercules

---

*τὰν ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν αἰῶνα πέσσοντ' ἀλλ' ἐπὶ καὶ θανάτῳ φάρμακον κάλλιστον ἑᾶς ἀρετᾶς ἅλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.*

Explicat Diodorus [c. 41, 1]: *διὸ καὶ τῶν ἰδόντων αὐτὸ τότε καταπληττομένων καὶ τῆς φήμης διαδοθείσης κατὰ τὴν Ἑλλάδα περί τε τοῦ ἄθλου καὶ τῆς κατὰ τὴν ναυπηγίαν ἐπιβολῆς οὐκ ὀλίγους τῶν ἐν ὑπεροχαῖς νεανίσκων ἐπιθυμῆσαι μετασχεῖν τῆς στρατείας.*

1) Cf. III 188. IIII 361. V 366.

2) Tiphyis nomen excidisse vidit Munckerus. Quomodo autem factum sit ut Argi pater Danaus diceretur, prorsus incertum est, nisi forte hic error ex loco illo commentarii [cf. supra p. 2] neglegentissime excerpto ortus esse putatur quo ab aliis Argum, ab aliis Danaum primam navem construxisse narrari adnotatum erat.

et Idas. ceteri ordinem servaverunt. celeuma dixit Orpheus Oeagri filius. post relicto eo ab Hercule loco eius sedit Peleus Aeaci filius'. Prorsus eadem ratione Valerius illa munera distribuit. De Orpheo Lynceoque [1]) ne ulla quidem est dubitatio neque his Artemidori verbis conlatis [II 23]: *ἱστὸς δὲ τῆς νεὼς τὸν κύριον σημαίνει, ἀντιπρόσωπον δὲ τὸν πρῳρέα καὶ ὁ χηνίσκος τὸν κυβερνήτην, τὰ δὲ ὅπλα τοὺς ναύτας καὶ τὸ κέρας τὸν τοίχαρχον* Valerius aliud atque Hyginus Boreadarum munus his versibus descripsisse videtur [I 468 sq.]:

quin et Cecropiae proles vacat Orithyiae
temperet ut tremulos Zetes fraterque ceruchos [2]).

Qui vero apud Hyginum prima et postrema transtra [3]) occupasse dicuntur Hercules Idas Aeacidae, iidem apud Valerium [4]) insignia

---

1) Cf. I 470 sq.: nec vero Odrysius transtris impenditur Orpheus
aut pontum remo subigit, sed carmine tonsas
ire docet summo passim ne gurgite pugnent.
et 462 sq.: at frater magnos Lynceus servatur in usus
quem tulit Arene, possit qui rumpere terras
et Styga transmisso tacitam deprendere visu.
fluctibus e mediis terras dabit ille magistro
et dabit astra rati cumque aethera Iuppiter umbra
perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.

Scilicet propter oculorum aciem proretae munus suscepit ut quae navi in itinere imminerent primus conspiceret et gubernatori nuntiaret. Cf. Scheffer. de militia nav. p. 302 sq.

2) Ceruchis qui extremis antennis adligabantur [cf. Lucan. VIII 172 sq. X 492 sq. Scheffer. d. mil. nav. p. 145], vela dirigi docet Vergilius [Aen. III 549]:

cornua velatarum obvertimus antennarum
Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva.

Hac ratione etiam Claudiani verba a Scheffero [p. 309] adlata explicantur [d. cons. Manlii 42 sq.]:

at velut exsertus lentandis navita tonsis
praeficitur lateri custos

velis enim datis remigum labor remittitur.

3) Hoc verbis 'ad proram' et 'ad pitulum' significetur necesse est quidquid sub literis PITVLVM latet. In ultima sententia 'post relicto eo etc.' aliquid confusum est.

4) I 353 hinc laevom Telamon pelagus tenet, altior inde
occupat Alcides aliud mare . . . . .
403 nec Peleus fretus soceris et coniuge diva
defuit ac prora splendet tua cuspis ab alta
Aeacide . . . . . .
460 . . . breviore petit iam caerula remo
occupat et longe sua transtra novissimus Idas.

loca obtinent neque haec arte inter se cohaerere negari licet, etsi haud scio an nomina ab Hygino transposita sint, et Valerius parum aperte atque clare loquitur. Denique cum Valerius fabri munus ab Argo obitum eodem modo descripserit atque Diodorus [1], haec omnia de quibus modo disputavi ex Dionysio esse desumpta non potest fieri quin existimentur. Totum enim hunc catalogum ab uno eodemque auctore compositum esse adparet.

Simile atque de Valerii carmine, de paucis Stati Thebaidos locis iudicium ferendum esse duco. Apollonium ab eo lectum esse e. g. Theb. V 51 cl. cum Apoll. I 601 documento est: Dionysii manifestum vestigium eo loco invenitur ubi Amphiaraus narrat [III 517]:

iam tum prima cum pube virentem
semideos inter pinus me Thessala reges
duceret, hic casus terraeque marisque canentem
obstipuere duces nec me ventura locuto
saepius in dubiis auditus Iasone Mopsus.

cf. quae supra de illo disputata sunt [p. 2]. Deinde Tyndaridarum habitum et Statius [l. c. V 440] et Hyginus [fab. XIIII] ita describunt ut praeter stellas frontibus infixas imberbes eos fuisse memorent, nec tempestatem Argonautarum in Lemnum insulam adventu coortam pugnamque cum mulieribus Lemniis commissam [cf. l. c. vs. 360 sq.] ex Aeschyli Sophoclisque tragoediis ipse sumpsisse probabilius existimatur quam argumentis qualia schol. I 769 extant perlectis totam fabulae descriptionem et res singulares de suo ipse ingenio effinxisse.

---

1) Valer. I 477 sq.:

Arge tuae tibi cura ratis, te moenia doctum
Thespia Palladio dant munere; sors tibi ne qua
parte trahat tacitum puppis mare fissaque fluctu
vel pice vel molli conducere volnera cera.

Diodor. l. c. c. 41, 8 *Ἄργου .... συμπλεύσαντος ἕνεκα τοῦ θεραπεύειν ἀεὶ τὰ πονοῦντα μέρη τῆς νεώς* .. Ceterum Thespiensem cum dixit Valerius Argum, aut obiter legit aut consulto mutavit Apoll. I 105:

*Τῖφυς δ' Ἀγνιάδης Σιφαέα κάλλιπε δῆμον*
*Θεσπιέων· ἐσθλὸς μὲν ὀρινόμενον προδαῆναι*
*κῦμ' ἁλὸς εὐρείης* . . . . . . . .
109 *αὐτή μιν Τριτωνὶς ἀριστήων ἐς ὅμιλον*
*ὦρσεν Ἀθηναίη· μετὰ δ' ἤλυθεν ἐλδομένοισιν·*
*αὐτὴ γὰρ καὶ νῆα θοὴν κάμε· σὺν δέ οἱ Ἄργος*
*τεῦξεν Ἀρεστορίδης. κείνης ὑποθημοσύνῃσιν.*

cf. Valer. I 92 sq.

## III

At Dionysii non solum Argonautica Diodorus compilavit sed etiam ex iis quae ille de Amazonis et Bacchi rebus gestis narraverat, haud pauca servavit; certe libri tertii c. 52—55 et 67—74 ex eo excerpta esse ipse dicit [52, 3 et 66, 5]. Bacchi vero Libyci fabulis cum haud pauca a Graecis de Baccho tradita praeposuit [1]), parum sibi ipse Diodorus constitit quia tribus primis libris barbarorum antiquitates, inde a quarto libro Graecorum historiam fabularem se tractaturum esse bibliothecae initio scripsit [I 4, 6]. Quam inconstantiam eo magis urgeo quod quae libri quarti initio [c. 2—5] de Baccho Graeco narrantur tantum abest ut ea a libro tertio [c. 64 sq.] diversa sint ut fieri omnino nequeat quin ex eodem auctore desumpta esse putentur. Vtroque loco Semelae mors Bacchique ortus sine ullo discrimine narrantur, neque in verbis discrepantia est, nisi quis forte quod altero loco Iunonis fallacia praetermittitur, veteris nescio cuius scriptoris auctoritati tribuere mavolt quam Diodori neglegentiae; quae libro tertio de Baccharum exercitu, expeditione per orbem terrarum facta, impiorum poenis, Bacchi triumpho, sollemnibus trietericis dicta sunt, breviter contracta quarto libro repetuntur, hoc unum inseritur Boeotiam patriam a Baccho liberatam Eleutherasque oppidum conditum esse [2]). Hoc enim loco quippe qui ad Graecorum historiam

---

1) III 62, 1: *ἡμεῖς δ' ἐπεὶ προειρήκαμεν ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς περὶ τῆς τοῦ Διονύσου γενέσεως καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντων ἀκολούθως ταῖς ἐγχωρίοις ἱστορίαις, οἰκεῖον εἶναι διαλαμβάνομεν προσθεῖναι τὰ μυθολογούμενα περὶ τοῦ θεοῦ τούτου παρὰ τοῖς Ἕλλησι.*

2) Placet locos iuxta positos exhibere:

IIII 2

... 2 *τῇ δὲ Σεμέλῃ διὰ τὸ κάλλος Δία μιγέντα καὶ μεθ' ἡσυχίας ποιούμενον τὰς ὁμιλίας δόξαι καταφρονεῖν αὐτῆς· διόπερ ὑπ' αὐτῆς παρακληθῆναι τὰς ἐπιπλοκὰς ὁμοίας ποιεῖσθαι ταῖς πρὸς τὴν Ἥραν συμπεριφοραῖς. τὸν μὲν οὖν Δία παραγενόμενον θεοπρεπῶς μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ἐπιφανῶς ποιεῖσθαι τὴν συνουσίαν· τὴν δὲ Σεμέλην ἔγκυον οὖσαν καὶ τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως οὐκ ἐνέγκασαν τὸ μὲν*

III 64

3 ... *μυθολογοῦσι γὰρ ἐρασθέντα Δία μιγῆναι πλεονάκις αὐτῇ διὰ τὸ κάλλος, τὴν δ' Ἥραν ζηλοτυποῦσαν καὶ βουλομένην τιμωρίᾳ περιβαλεῖν τὴν ἄνθρωπον ὁμοιωθῆναι μέν τινι τῶν ἀποδοχῆς τυγχανουσῶν παρ' αὐτῇ γυναικῶν, παρακρούσασθαι δὲ τὴν Σεμέλην· εἰπεῖν γὰρ πρὸς αὐτὴν ὅτι καθῆκον ἦν τὸν Δία μετὰ τῆς αὐτῆς ἐπιφανείας τε καὶ τιμῆς ποιεῖσθαι τὴν ὁμιλίαν ἥπερ χρῆται κατὰ τὴν πρὸς τὴν Ἥραν συμπεριφοράν. διὸ*

fabularem pertineat, veterem illum Bacchum Indicum omitti Graecumque pro vitis repertore haberi non magis mirum est quam alterum Bacchum ex Iove et Proserpina genitum Semeles filio postponi. Immo in hac ipsa diversitate similitudo adparet. Neque enim solum alter Bacchus utrubique eodem modo describitur:

---

βρέφος ἐκτρῶσαι, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι. ἔπειτα τὸ παιδίον ἀναλαβόντα τὸν Δία παραδοῦναι τῷ Ἑρμῇ καὶ προστάξαι τοῦτο μὲν ἀποκομίσαι πρὸς τὸ ἄντρον τὸ ἐν τῇ Νύσῃ κείμενον μεταξὺ Φοινίκης καὶ Νείλου, ταῖς δὲ νύμφαις παραδοῦναι τρέφειν καὶ μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἐπιμέλειαν αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν ἀρίστην. διὸ καὶ τραφέντα τὸν Διόνυσον ἐν τῇ Νύσῃ τυχεῖν τῆς προσηγορίας ταύτης ἀπὸ Διὸς καὶ Νύσης

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

6 περιάγεσθαι δ' αὐτὸν καὶ στρατόπεδον οὐ μόνον ἀνδρῶν ἀλλὰ καὶ γυναικῶν

καὶ τοὺς ἀδίκους καὶ ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων κολάζειν . . . . . . . . .
8, 1 στρατεύσαντα δ' εἰς τὴν Ἰνδικὴν τριετεῖ χρόνῳ τὴν ἐπάνοδον εἰς τὴν Βοιωτίαν ποιήσασθαι κομίζοντα μὲν λαφύρων ἀξιόλογον πλῆθος, καταγαγεῖν δὲ πρῶτον τῶν ἁπάντων θρίαμβον ἐπ' ἐλέφαντος Ἰνδικοῦ. καὶ τοὺς μὲν Βοιωτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας καὶ Θρᾷκας ἀπομνημονεύοντας τῆς κατὰ τὴν Ἰνδικὴν στρατείας καταδεῖξαι τὰς τριετηρίδας θυσίας Διονύσῳ καὶ τὸν θεὸν νομίζειν κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ποιεῖσθαι τὰς παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφανείας.

καὶ τὸν μὲν Δία τῆς Σεμέλης ἀξιούσης τυγχάνειν τῶν ἴσων Ἥρᾳ τιμῶν παραγενέσθαι μετὰ βροντῶν καὶ κεραυνῶν, τὴν δὲ Σεμέλην οὐχ ὑπομείνασαν τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως τελευτῆσαι καὶ τὸ βρέφος ἐκτρῶσαι πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου. καὶ τοῦτο μὲν τὸν Δία ταχέως εἰς τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν ἐγκρύψαι, μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ κατὰ φύσιν τῆς γενέσεως χρόνου τὴν τελείαν αὔξησιν ποιήσαντος ἀπενεγκεῖν τὸ βρέφος εἰς Νῦσαν τῆς Ἀραβίας. ἐνταῦθα δ' ὑπὸ νυμφῶν τραφέντα τὸν παῖδα προσαγορευθῆναι μὲν ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ τόπου Διόνυσον . . . .
μετὰ δὲ ταῦτα στρατόπεδον ἐκ τῶν γυναικῶν συναγαγόντα καὶ θύρσοις καθοπλίσαντα στρατείαν ἐπὶ πᾶσαν ποιήσασθαι τὴν οἰκουμένην . . . .
65, 2 ὀλίγων δ' ὄντων τῶν δι' ὑπερηφανίαν καὶ ἀσέβειαν καταφρονούντων . . . . . . . . . . κολάζεσθαι τοὺς τοιούτους ὑπ' αὐτοῦ παραχρῆμα
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
7 . . τὸν δ' οὖν Διόνυσόν φασι κολάσαντα μὲν τοὺς ἀσεβεῖς, ἐπιεικῶς δὲ προσενεχθέντα τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἐπ' ἐλέφαντος τὴν εἰς Θήβας ἐπάνοδον ποιήσασθαι. τριετοῦς δὲ διαγεγενημένου τοῦ σύμπαντος χρόνου φασὶ τοὺς Ἕλληνας ἀπὸ ταύτης τῆς αἰτίας ἄγειν τὰς τριετηρίδας. μυθολογοῦσι δ' αὐτὸν καὶ λαφύρων ἠθροικότα πλῆθος ὡς ἂν ἀπὸ τηλικαύτης στρατείας πρῶτον τῶν ἁπάντων καταγαγεῖν θρίαμβον εἰς τὴν πατρίδα.

| IIII 4 | III 64 |
|---|---|
| *μυθολογοῦσι δέ τινες καὶ ἕτερον Διόνυσον γεγονέναι πολὺ τοῖς χρόνοις προτεροῦντα τούτου. φασὶ γὰρ ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης Διόνυσον γενέσθαι . . . . . . . λέγουσι δ' αὐτὸν ἀγχινοίᾳ διενεγκεῖν καὶ πρῶτον ἐπιχειρῆσαι βοῦς ζευγνύειν καὶ διὰ τούτων τὸν σπόρον τῶν καρπῶν ἐπιτελεῖν· ἀφ' οὗ δὴ καὶ κερατίαν αὐτὸν παρεισάγουσι.* | *δεύτερον δὲ μυθολογοῦσι γενέσθαι Διόνυσον ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης, ὥς δέ τινες, ἐκ Δήμητρος· τοῦτον δὲ παρεισάγουσι πρῶτον βοῦς ὑπ' ἄροτρον ζεῦξαι τὸ πρὸ τοῦ ταῖς χερσὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν γῆν κατεργαζομένων . . . . . . . . παράσημον δ' αὐτῷ ποιῆσαι κέρατα τοὺς κατασκευάζοντας τὰς γραφὰς ἢ τοὺς ἀνδριάντας ἅμα μὲν δηλοῦντας ἑτέραν τοῦ Διονύσου φύσιν, ἅμα δὲ ἀπὸ τῆς περὶ τὸ ἄροτρον εὑρέσεως ἐμφαίνοντας τὸ μέγεθος τῆς ἐπινοηθείσης τοῖς γεωργοῖς εὐχρηστίας.* |

sed etiam quamvis inepte iterum ad Semelae filium pedem Diodorus refert atque id eo ipso loco quo supra monui eum de inventione alia atque in libro tertio tradere [c. 4, 2]: *καὶ τὸν μὲν ἐκ Σεμέλης γενόμενον ἐν τοῖς νεωτέροις χρόνοις φασὶ τῷ σώματι γενέσθαι τρυφερὸν καὶ παντελῶς ἁπαλόν, εὐπρεπείᾳ δὲ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκεῖν καὶ πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονὰς εὐκατάφορον γεγονέναι· κατὰ δὲ τὰς στρατείας γυναικῶν πλῆθος περιάγεσθαι καθωπλισμένων λόγχαις τεθυρσωμέναις.* Haec supra ita dicta sunt: [III 64, 6] . . . *γενόμενον δὲ τῷ κάλλει διάφορον τὸ μὲν πρῶτον ἐν χορείαις καὶ γυναικῶν θιάσοις καὶ παντοδαπῇ τρυφῇ καὶ παιδιᾷ διατελεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα στρατόπεδον κτλ.*; neque Bacchi habitum et nomina Satyrorumque comitatum illic longe descripta ab hoc loco aliena esse adparet his verbis [c. 64, 7] *πρὸς δὲ τούτοις πανταχοῦ πανηγύρεις ἄγειν καὶ μουσικοὺς ἀγῶνας συντελεῖν* cum illis conparatis [c. 5, 4]: *καθόλου δὲ τοῦτον θυμελικῶν ἀγώνων φασὶν εὑρετὴν γενέσθαι καὶ θέατρα καταδεῖξαι καὶ μουσικῶν ἀκροαμάτων σύστημα ποιήσασθαι.* Quamquam igitur ita Diodorus rem instituit ut quae illic fuse exponeret, hic vel praetermitteret vel breviter contraheret, tamen ei non evenit ut hos duos locos non eluceret pro uno eodemque habendos esse. Quoniam ubi Graecorum historia fabularis exponitur, pauca inseruntur nonnulla mutantur omnia male et inepte disponuntur, supra rerum ordine servato oratio recte et concinne fluit, hunc tertii libri locum auctoris vestigia presse secutus Diodorus descripsisse videtur, eundem quippe qui ad Graecorum *μυθολογούμενα* pertineret [cf. c. 62, 1], ad libri quarti initium transtulisse. Adparet enim eundem qui c. 64 et 65 scripsit, totum hunc de Libero locum inde a c. 62 usque ad c. 66 composuisse. An Diodorus Graeco-

rum de Libero fabulas Dionysii de Baccho Libyco disputationi quo loco barbarorum ϑεολογούμενα exponebantur, praemisisset, nisi haec omnia in unum coniuncta iam invenisset? Quid? quod Dionysius illa parte qua compilatus esse ab ipso Diodoro dicitur, adeo similia duobus ceteris de Libero locis Diodoreis profert ut idem omnia scripsisse fieri non possit quin probetur. Illi debetur Bacchus ab universis gentibus propter merita divinis honoribus cultus — universis enim hominibus beneficia sua impertivit ne asperioris quidem caeli nationibus neglectis sed vitis loco arte cervesiam de hordeo coquendi donatis:

| III 73, 6 | IIII 2, 5 |
| --- | --- |
| τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ φασὶν ἐπελθεῖν τὴν οἰκουμένην ἐξημεροῦντα μὲν τὴν χώραν ταῖς φυτείαις, εὐεργετοῦντα δὲ τοὺς λαοὺς μεγάλαις τιμαῖς καὶ χάρισι πρὸς τὸν αἰῶνα. διὸ καὶ πάντας τοὺς ἀνθρώπους ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἄλλους ϑεοὺς τιμαῖς οὐχ ὁμοίαν ἔχοντας προαίρεσιν ἀλλήλοις σχεδὸν ἐπὶ μόνου τοῦ Διονύσου συμφωνουμένην ἀποδεικνύειν μαρτυρίαν τῆς ἀθανασίας· οὐδένα γὰρ οὔϑ' Ἑλλήνων οὔτε βαρβάρων ἄμοιρον εἶναι τῆς τούτου δωρεᾶς καὶ χάριτος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπηγριωμένην ἔχοντας χώραν ἢ πρὸς φυτείαν ἀμπέλου παντελῶς ἀπηλλοτριωμένην μαϑεῖν τὸ κατασκευαζόμενον ἐκ τῶν κριϑῶν πόμα βραχὺ λειπόμενον τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας. | ἐπιόντα δὲ σχεδὸν ὅλην τὴν οἰκουμένην πολλὴν χώραν ἐξημερῶσαι καὶ διὰ τοῦτο τυχεῖν παρὰ πᾶσι μεγίστων τιμῶν. … εὑρεῖν δ' αὐτὸν καὶ τὸ ἐκ τῆς κριϑῆς κατασκευαζόμενον πόμα τὸ προσαγορευόμενον μὲν ὑπ' ἐνίων ζῦϑος, οὐ πολὺ δὲ λειπόμενον τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας· τοῦτο δὲ διδάξαι τοὺς χώραν ἔχοντας μὴ δυναμένην ἐπιδέχεσϑαι τὴν τῆς ἀμπέλου φυτείαν. |

illi debentur populi Liberi humanitatis et comitatis fama sine pugnis vel certaminibus devicti:

| III 73, 5 | III 65, 1 |
| --- | --- |
| πάντη δὲ διαδιδομένης περὶ αὐτοῦ φήμης ἀγαϑῆς μηδένα καϑάπερ πρὸς πολέμιον ἀντιτάττεσϑαι, πάντας δὲ προϑύμως ὑπακούοντας ἐπαίνοις καὶ ϑυσίαις ὡς ϑεὸν τιμᾶν. | διαβοηϑείσης δὲ κατὰ πάντα τόπον τῆς τοῦ ϑεοῦ παρουσίας καὶ διότι πᾶσιν ἐπιεικῶς προσφερόμενος πολλὰ συμβάλλεται πρὸς τὴν ἐξημέρωσιν τοῦ κοινοῦ βίου πανδημεὶ συναντᾶν αὐτῷ καὶ προσδέχεσϑαι μετὰ πολλῆς χαρᾶς. |

illi vitem pomaque agrestia colendi et conservandi rationes a Libero inventae:

III 70, 8

*ἐπινοῆσαι γὰρ αὐτὸν ἔτι παῖδα τὴν ἡλικίαν ὄντα τοῦ μὲν οἴνου τὴν φύσιν τε καὶ χρείαν ἀποθλίψαντα βότρυς τῆς αὐτοφυοῦς ἀμπέλου, τῶν δ' ὡραίων τὰ δυνάμενα ξηραίνεσθαι καὶ πρὸς ἀποθησαυρισμὸν ὄντα χρήσιμα, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὰς ἑκάστων κατὰ τρόπον φυτείας εὑρεῖν.*

III 68, 3

*. . . τῆς χώρας αὐτομάτως διὰ τὴν εὐκρασίαν φερούσης πολλὴν ἄμπελον πρῶτον τοῦτον ἀποθλῖψαι βότρυας καὶ τὴν χρείαν τῆς περὶ τὸν οἶνον φύσεως ἐπινοῆσαι, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν σύκων καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων τὴν καθήκουσαν ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι καὶ καθόλου τὰ πρὸς τὴν συγκομιδὴν καὶ παράθεσιν τούτων τῶν καρπῶν ἐπινοῆσαι.*

Quae omnia quia orationi ita intexta sunt ut eici omnino nequeant neque Diodorus quae alio loco exposuerit consulto repetita narrationi interpolasse putari possit, totam de Baccho disputationem inde a III 62 ad IIII 5 Scytobrachioni vindico, atque simile quid ac supra adparuit: non solum ille de Baccho Libyco novas et inauditas fabulas enarravit sed copiosa disputatione de Bacchi natura cultu rebus gestis instituta quae alii vel populi vel scriptores aliter de Baccho tradiderant docte composuit. Quem in Argonautarum catalogo constituendo ostendit morem distinguendi et discrimina faciendi [1]), hoc loco rebus divinis adhibuit tribus Bacchis et apud Graecos et apud Libyas statutis. Insigne huiusmodi argutiarum exemplum est deorum recensus Ciceronis de natura deorum libro insertus [III 21, 53 sq.] [2]) atque etsi qualis

1) Haec scholia documento sunt:

I 23 *Ἡρόδωρος δύο εἶναι Ὀρφεῖς φησιν ὧν τὸν ἕτερον συμπλεῦσαι τοῖς Ἀργοναύταις.*

162 *δύο δέ εἰσι Κηφεῖς, ὁ μὲν Ἀλεοῦ οὗ μνημονεύει Ἀπολλώνιος, ὁ δὲ ἕτερος οὗ μνημονεύει Ἑλλάνικος ἐν τῷ περὶ Ἀρκαδίας.*

III 1087: *ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Δευκαλίων περὶ οὗ Ἑλλάνικος ἱστορεῖ* [cf. ad vs. 1085. 1086] *καὶ ἄλλος ὁ Μίνωος περὶ οὗ Φερεκύδης καὶ τέταρτος ὁ Ἄβαντος οὗ μνημονεύει Ἀρίστιππος ἐν Ἀρκαδικοῖς.*

Dionysium Pherecydes Hellanicus Herodorus produnt. Ceterum cf. Valer. I 365 sq. Hyg. fab. XIIII p. 44 M.

2) Admodum similis est locus Clementis [protr. p. 24 P.] ubi tamen pauca Didymo auctore adiciuntur. Qui ibi adfertur liber Aristotelis, eundem fuisse censeo atque qui Rhesi schol. 28 de theogonia commemoratur. Praeterea conferas locum Strabonis de Bacchi urbe Libyca [VII p. 299]. Ampelii [9, 11] me Buechelerus commonefecit.

necessitas inter illum Dionysiumque intercedat, certo erui non posse consentaneum est, tamen praeter Liberum Iovis et Proserpinae filium [Cic. l. c. § 58. Diodor. III 68, 1. IIII 4, 1] Orphicis debitum [1]) Ciceronis 'Liber quartus Iove et Luna natus cui sacra Orphica putantur confici' ad Dionysii Bacchum alterum a Libyis constitutum quadrat [III 74, 1]: *τὸν δὲ δεύτερόν φασιν ἐξ Ἰοῦς τῆς Ἰνάχου Διὶ γενόμενον βασιλεῦσαι μὲν τῆς Αἰγύπτου, καταδεῖξαι δὲ τὰς τελετάς* — saepissime enim Io ad Lunam refertur — et 'tertius .... cui Sabazia sunt instituta' alteri Dionysii Baccho Graeco satis similis esse videtur [IIII 4, 1] *τῷ ὑπό τινων Σαβαζίῳ ὀνομαζομένῳ*. Deinde fabularum de Baccho Indico inde ab Alexandro Magno volgatarum naturam atque indolem hoc loco fuse exponere non licet: hoc unum adnotari velim Dionysii Bacchum illum veterrimum apud Indos natum atque educatum, cuius praeter Scytobrachionem unus quantum scio Philostratus [vit. Apoll. II 9] mentionem fecit, adcurate a Baccho Graeco quem totum orbem terrarum pervagatum Indiam quoque domuisse plurimi poetae scriptoresque tradidere, discernendum esse. Denique ne hic quidem Pindari desunt vestigia [cf. supra p. 20 sq.]: illius enim est veriloquium quod apud Diodorum extat nominis Dionysi [2]), neque scio utrum eo an Neoptolemo Pario [3]) auctore Scytobrachio Bacchum pomorum cultum invenisse tradiderit. Neoptolemum schol. Apoll. II 299 iuxta Naupacticorum poetam et Pherecydam commemorari certe non neglegatur.

At Dionysius non satis habuit de Bacchis Graecorum Indorum Libyum disputare sed etiam Osirin Aegyptium adiunxit. Ibi enim redit Bacchus Nysae educatus [I 15, 6]: *γενέσθαι δὲ καὶ φιλογέωργον τὸν Ὄσιριν καὶ τραφῆναι μὲν τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ἐν Νύσῃ πλησίον Αἰγύπτου Διὸς ὄντα παῖδα καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχειν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀπό τε τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ τόπου Διόνυσον μετονομασθέντα* et cervesiae inventor ab universis hominibus pro deo habitus [I 20, 3]: *τέλος δὲ τὸν Ὄσιριν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπελθόντα τὸν κοινὸν βίον τοῖς ἡμερωτάτοις καρποῖς εὐεργετῆσαι· εἰ δέ τις χώρα τὸ φυτὸν τῆς ἀμπέλου μὴ προσδέχοιτο, διδάξαι τὸ ἐκ τῆς*

---

1) Cf. Lobeck. Aglaoph. I p. 547 sq.

2) Cf. Et. M. p. 277, 39 ... *οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Διὸς καὶ τῆς Νύσσης τοῦ ὄρους ὠνομάσθαι ἐπεὶ ἐν τούτῳ ἐγεννήθη ὡς Πίνδαρος καὶ ἀνεγράφη.*

3) Cf. Pind. fr. 125 Boeckh. Athen. III p. 82 D: *Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τῇ Διονυσιάδι καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ ὡς ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων τῶν μήλων καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων.* cf. p. 78 C.

κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας τε καὶ δυνάμεως· ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν Αἴγυπτον συναποκομίσαι δῶρά τε πανταχόθεν τὰ κράτιστα καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν συμπεφωνημένην λαβεῖν παρὰ πᾶσι τὴν ἀθανασίαν καὶ τὴν ἴσην τοῖς οὐρανίοις τιμήν. Neque alio consilio illic Osiris usus esse dicitur [I 17, 1]: τὸν δὲ Ὄσιριν λέγουσιν ὥςπερ εὐεργετικὸν ὄντα καὶ φιλόδοξον στρατόπεδον μέγα συστήσασθαι διανοούμενον ἐπελθεῖν ἅπασαν τὴν οἰκουμένην καὶ διδάξαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τήν τε τῆς ἀμπέλου φυτείαν καὶ τὸν σπόρον τοῦ τε πυρίνου καὶ κριθίνου καρποῦ. ὑπολαμβάνειν γὰρ αὐτὸν ὅτι παύσας τῆς ἀγριότητος τοὺς ἀνθρώπους καὶ διαίτης ἡμέρου μεταλαβεῖν ποιήσας τιμῶν ἀθανάτων τεύξεται διὰ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας atque Bacchus Libycus [III 70, 8]: βουληθῆναι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων μεταδοῦναι τῶν ἰδίων εὑρημάτων ἐλπίσαντα διὰ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας ἀθανάτων τεύξεσθαι τιμῶν. Denique Musarum Satyrorumque comitatu adscito comis hilaritas et diligens artium musicarum cultus Osiri adtribuitur [I 18] quae Graeci Bacchi propria fuisse feruntur [IIII 4. 5]. Quae vero et I 24 et III 74 inter plures Hercules et Bacchos discrimina statuuntur, etsi altero loco duo altero tres Hercules distinguuntur, pauca tamen adeo propria exhibent ut ex diversis auctoribus ea desumpta esse non possim non negare. An casu adcidit ut utrubique Hercules Aegyptius solam alteram columnam in ora Libyca statuisse ferretur vel qua ratione Hercules Graecus interfuisse negatur deorum Gigantumque pugnae quippe quae belli Troiani temporibus non quadraret, eadem Bacchi parentes Titanibus aequales fuisse redargueretur? Neque obstat quod apud Aegyptios non tribus sed uno Baccho vel Osiri statuto ceteri a Graecis ficti esse dicuntur, sed hanc quoque opinionem a Dionysio relatam fuisse Diodori loco probatur [III 63, 2 cf. 62, 2]: ἔνιοι μὲν γὰρ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀποφαίνονται γενέσθαι τόν τε καταδείξαντα τὰ κατὰ τὰς οἰνοποιίας καὶ συγκομιδὰς τῶν ξυλίνων καλουμένων καρπῶν καὶ τὸν στρατευσάμενον ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἔτι δὲ τὸν τὰ μυστήρια καὶ τὰς τελετὰς καὶ βακχείας εἰσηγησάμενον, et documentis quae de Bacchi ortu ab Indis ostendi solita esse illo loco dicuntur, libro primo opponi videtur, talia cum vestigia expeditionis ab Osiri in Indiam factae remansissent, ab Indis ut sibi dei genus vindicarent adhibita esse[1]. Iam intellegitur quomodo factum sit ut Diodorus quae

1) Cf. III 63, 5 δείκνυσθαι δὲ παρ' Ἰνδοῖς μέχρι τοῦ νῦν τόν τε τόπον ἐν ᾧ συνέβη γενέσθαι τὸν θεὸν καὶ προσηγορίας πόλεων ἀπ' αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον, καὶ πολλὰ ἕτερα διαμένειν ἀξιόλογα

primo libro de uno illo Osiri vitis pomorumque cultore dixerat, eadem quarti libri initio, ubi Baccho Indico omisso beneficium illud filio vindicabat [cf. supra p. 43], interpolaret:

| I 15, 7 | IIII 2, 4 |
|---|---|
| *μεμνῆσθαι δὲ τῆς Νύσης καὶ τὸν ποιητὴν ἐν τοῖς ὕμνοις ὅτι περὶ τὴν Αἴγυπτον γέγονεν, ἐν οἷς λέγει:* <br> *ἔστι δέ τις Νύση ὕπατον ὄρος ἀνθέον ὕλῃ τηλοῦ Φοινίκης σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.* <br> *εὑρετὴν δ' αὐτὸν γενέσθαι φασὶ τῆς ἀμπέλου περὶ τὴν Νῦσαν καὶ τὴν κατεργασίαν τοῦ ταύτης καρποῦ προςεπινοήσαντα πρῶτον οἴνῳ χρήσασθαι καὶ διδάξαι τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τήν τε φυτείαν τῆς ἀμπέλου καὶ τὴν χρῆσιν τοῦ οἴνου καὶ τὴν συγκομιδὴν αὐτοῦ καὶ τήρησιν.* | *καὶ τὸν Ὅμηρον δὲ τούτοις μαρτυρῆσαι ἐν τοῖς ὕμνοις ἐν οἷς λέγει·* <br> *ἔστι δέ τις Νύση κτλ.* <br> *τραφέντα δ' αὐτὸν ὑπὸ τῶν νυμφῶν ἐν τῇ Νύσῃ φασὶν εὑρετὴν τοῦ οἴνου γενέσθαι καὶ τὴν φυτείαν διδάξαι τῆς ἀμπέλου τοὺς ἀνθρώπους.* |

Hos versus et pleniores quidem altero quoque loco ubi quae patriae Bacchi in Graecia ferebantur componit, Dionysius adfert [III 66] neque ex alius auctoritate eos scholio Apoll. II 1211 insertos esse putaverim. Neque solum inter Dionysii libros Argonautica a commentatore Apolloniano adhibita esse Amazonicorum locus schol. II 965 servatus [1]) documento est. Quod vero et in scholiis et apud Diodorum Aegyptios propter Nili aquam salubrem et genitalem inter omnes gentes primos e terra exortos esse Thebasque urbem vetustissimam condidisse simillimis quidem verbis narratur [2]), haec certa Scytobrachionis vestigia dicere non auderem nisi

---

*τεκμήρια τῆς παρ' Ἰνδοῖς γενέσεως* et I 19, 7 *κτίσαι δὲ καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν Ἰνδοῖς ἐν αἷς καὶ Νῦσαν ὀνομάσαι βουλόμενον μνημεῖον ἀπολιπεῖν ἐκείνης καθ' ἣν ἐτράφη κατ' Αἴγυπτον. φυτεῦσαι δὲ καὶ κιττὸν ἐν τῇ παρ' Ἰνδοῖς Νύσῃ καὶ διαμένειν τοῦτο τὸ φυτὸν ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ τόπῳ τῶν τε κατὰ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν ὅμορον χώραν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα σημεῖα τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας ἀπολελοιπέναι κατ' ἐκείνην τὴν χώραν δι' ὧν προαχθέντας τοὺς μεταγενεστέρους τῶν Ἰνδῶν ἀμφισβητῆσαι τοῦ θεοῦ λέγοντας Ἰνδὸν εἶναι τὸ γένος.*

1) Quis Dionysius schol. II 904 una cum Aristodemo et Clitarcho commemoretur non constat: nescio an de Dionysio a Ptolemaeo Philadelpho cum Megasthene ad Indos misso cogitandum sit cf. Plin. VI 58.

2) Cf. schol. IIII 262 *τοὺς Αἰγυπτίους πολλοὶ παλαιοτάτους εἶναί φασιν, Ἡρόδοτος δὲ Φρύγας. Μώσμης δὲ ἐν πρώτῳ Αἰγυπτιακῶν καὶ Λέων ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς τὴν μητέρα καὶ Κνωσσὸς ἐν ā Γεωγραφικῶν τῆς Ἀσίας πάντων ἀρχαιοτάτους Αἰγυπτίους εἶναί φασιν· καὶ Νι-*

apud Diodorum [I 19] Promethei fabulae eandem fere rationem pragmaticam atque quae schol. Apoll. II 1248 Agroeta auctore exposita sit, adhiberi animadverterem [1]) neque Leonis schol. IIII 262 commemorati plura vestigia repperisse mihi viderer. Qualis huius auctoris liber fuerit Lobeckius [Aglaopham. II p. 1000] cognovit, modo Augustini loco ibi adlato [d. civ. dei VIII 5] addas Tatian. or. adv. Graec. 44. Augustin. de cons. evang. I 23 [t. IIII p. 18 ed. Bened. S. Maur.]. Nolim hoc urgere quod Isidem, quam Graeci *Δήμητρα* nominaverint, primam fruges repperisse tradidit etsi quae de hac re Clemens [Strom. I p. 382 P.] et Tertullianus [de coron. mil. 7] dicunt Diodoreis optime quadrant, sed multo gravius est Mercurium consiliarium eodem auctore apud Augustinum comme-

---

*κάνωρ δὲ λέγων ἐν Αἰγύπτῳ πρῶτον κτισθῆναι πόλιν Θήβας καὶ αὐτὸς συμφωνεῖ τῷ Ἀρχεμάχῳ ἐν ταῖς Μετονομασίαις· δοκεῖ δὲ πρῶτον Θήβην κατ' Αἴγυπτον κτισθῆναι ὥς φησι Ξεναγόρας ἐν π̄ Χρόνων. Ἵππυς δὲ τοὺς Αἰγυπτίους πρώτους στοχάσασθαι τῆς τοῦ ἀέρος κράσεως καὶ γονιμώτατον εἶναι τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ* cum Diodor. I 10, 1: *φασὶ τοίνυν Αἰγύπτιοι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν ὅλων γένεσιν πρώτους ἀνθρώπους γενέσθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον διά τε τὴν εὐκρασίαν τῆς χώρας καὶ διὰ τὴν φύσιν τοῦ Νείλου. τοῦτον γὰρ πολύγονον ὄντα καὶ τὰς τροφὰς αὐτοφυεῖς παρεχόμενον ῥᾳδίως ἐκτρέφειν τὰ ζωογονηθέντα .....3 ἐκ τούτου δ' εἶναι φανερὸν ὅτι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ κόσμου σύστασιν τῆς γῆς εὐκράτου καθεστώσης μάλιστ' ἂν ἔσχε τὴν γένεσιν τῶν ἀνθρώπων ἡ κατ' Αἴγυπτον χώρα ....5 τῆς γὰρ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐπομβρίας τῷ παρ' αὐτοῖς γινομένῳ καύματι μιγείσης εἰκὸς εὐκρατότατον γενέσθαι τὸν ἀέρα πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν πάντων ζωογονίαν.*

1) Vel ex omnibus quae adhuc de Diodori primis libris disputata sunt eum Agroetae libros non inspexisse adparet neque cl. schol. Apoll. IIII 1396: *Ἀγροίτας δὲ ἐν γ̄ Λιβυκῶν φησι μὴ μῆλα, ἀλλὰ πρόβατα κάλλιστα ἃ χρυσᾶ ὠνομάσθη. ἔχειν δὲ ταῦτα ποιμένα ἄγριον ὃν διὰ τὸ ἀνήμερον Δράκοντα ὠνομάσθαι·* Atlantis fabulas a Diodoro rerum ab Hercule gestarum enarrationi interpolatas [IIII 26. 27 cf. imprimis 26, 2. 3 et 27, 1] Dionysii Argonauticis vindicare dubito quibus de Libya actum esse e Diodor. IIII 56, 6 elucet. Hinc tamen fabulas Atlanticas tertii libri [c. 56—61] Dionysii esse, id quod coniecit Sieroka [l. c. p. 2], minime sequitur neque multum valet quod Atlantem mundi et sphaerae caelestis notitiam Herculi tradidisse [Diod. IIII 27, 4 cf. III 60, 2.] Herodorus auctor apud Clem. Al. strom. I p. 360 P. adfertur: Atlans enim astronomiae inventor post Posidonium, ut monuit Vsenerus, saepe occurrit: Cic. Tusc. V 3, 8. Verg. Aen. I 741 cum Servio, Plin. II 31. VII 203. Paus. VIIII 20, 3. Laert. Diog. I 1. Serv. Aen. IIII 246. Arnob. adv. nat. II 69. schol. Ap. Rhod. IIII 264. Cf. Corssen, de Posidonio Rhodio diss. Bonn. 1878 p. 24.

morari [d. civ. dei VIII 27]: 'nam de Iside uxore Osiris Aegyptia dea et de parentibus eorum qui omnes reges fuisse scribuntur, quibus parentibus suis illa cum sacrificaret invenit hordei segetem atque inde spicas marito regi et eius consiliario Mercurio demonstravit, unde eandem et Cererem volunt, quae et quanta mala non a poetis sed mysticis eorum literis mandata sint, sicut Leone sacerdote prodente ad Olympiadem matrem scribit Alexander, legant qui volunt vel possunt' et aperte apud Diodorum inveniri [I 16, 2] *καθόλου δὲ τοὺς περὶ τὸν Ὄσιριν τοῦτον ἔχοντας ἱερογραμματέα ἅπαντ' αὐτῷ προςανακοινοῦσθαι καὶ μάλιστα χρῆσθαι τῇ τούτου συμβουλίᾳ* cf. 17, 3. Quae vero Minucius Felix servavit [c. 21]: 'Alexander ille Magnus insigni volumine ad matrem suam scripsit metu suae potestatis proditum sibi de diis hominibus a sacerdote secretum: illic Volcanum facit omnium principem et postea Iovis gentem', ita apud Diodorum [1]) redeunt ut alii fabulae quae integra apud Plutarchum [de Is. et Osir. 12] extat, parum apte interpolentur. Illic enim quinque dei Osiris Isis Typho Apollo Venus ex Saturno et Rhea geniti esse feruntur; Diodorus Iove et Iunone interpolatis fabulae argumentum confudit et parum clare pergit [I 13, 4] *ἐκ δὲ τούτων γενέσθαι πέντε θεούς*. Quae vero infra narrantur Leonis fabula niti docet I 15, 3.

Ea igitur ratione usus scriptor iste volgatas de diis opiniones atque omnem religionem tollebat ut regum de genere humano bene meritorum memoriis pie post mortes cultis divinos ritus atque superstitiones sensim et pedetemptim increbuisse contenderet [2]) huius-

---

1) I 13, 3 *ἔνιοι δὲ τῶν ἱερέων φασὶ πρῶτον Ἥφαιστον βασιλεῦσαι* . . . 4 *μετὰ δὲ ταῦτα τὸν Κρόνον ἄρξαι καὶ γήμαντα τὴν ἀδελφὴν Ῥέαν γεννῆσαι κατὰ μέν τινας τῶν μυθολόγων Ὄσιριν καὶ Ἶσιν, κατὰ δὲ τοὺς πλείστους Δία τε καὶ Ἥραν οὓς δι' ἀρετὴν βασιλεῦσαι τοῦ σύμπαντος κόσμου.* Ne propter Volcani ignis repertoris regnum de Manetho cogitetur, obstant quae cetera et prorsus diversa ex eius libris servata sunt cf. FHG II p. 526 sq.

2) Quae Plutarchus [d. Is. et Osir. 13] tradit: *βασιλεύοντα δ' Ὄσιριν Αἰγυπτίους μὲν εὐθὺς ἀπόρου βίου καὶ θηριώδους ἀπαλλάξαι καρπούς τε δείξαντα καὶ νόμους θέμενον αὐτοῖς καὶ θεοὺς διδάξαντα τιμᾶν· ὕστερον δὲ γῆν πᾶσαν ἡμερούμενον ἐπελθεῖν ἐλάχιστα μὲν ὅπλων δεηθέντα, πειθοῖ δὲ τοὺς πλείστους καὶ λόγῳ μετ' ᾠδῆς καὶ πάσης μουσικῆς θελγομένους προςαγόμενον· ὅθεν Ἕλλησι δόξαι Διονύσῳ τὸν αὐτὸν εἶναι* adeo cum Diodoreis Isidis et Osiris laudibus concinunt — legas modo I 14, 1 *πρῶτον μὲν γὰρ παῦσαι τῆς ἀλληλοφαγίας τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος εὑρούσης μὲν Ἴσιδος τόν τε τοῦ πυροῦ καὶ τῆς κριθῆς καρπόν . . . . τοῦ δὲ*

que sententiae documentum quam sibi finxit Aegyptiorum antiquissimam historiam proponeret. Quibus nihil est quod Scytobrachioni gratius fuisse putetur, atque ex hoc et aliis eiusmodi auctoribus Aegyptias de Osiri fabulas eum congessisse existimaverim quae apud Diodorum in capp. 14—20 leguntur. Neque scio an capp. 21 et 22 mala illa mystica Isidi adflicta lateant: similiter enim atque apud Augustinum [d. civ. dei VIII 27], volgi fabulis sacerdotum secreta obponuntur [c. 21, 1]: *τῶν δ' ἱερέων περὶ τῆς Ὀσίριδος τελευτῆς ἐξ ἀρχαίων ἐν ἀπορρήτοις παρειληφότων τῷ χρόνῳ ποτὲ συνέβη διά τινων εἰς τοὺς πολλοὺς ἐξενεχθῆναι τὸ σιωπώμενον.* Certo capp. 23 et 24 Dionysio vindicantur; alterum enim supra [p. 48] cum Scytobrachionis de Baccho Libyco disputatione comparatum est: quo vero consilio hoc loco duo Hercules distinguuntur nisi ut in Baccho similes rationes obtinere probetur? Praeterea ex numeris c. 23, 1 inter se obpositis alter certe ad ea quae c. 24, 2 dicuntur spectat: *ἀπ' ἐκείνης μὲν γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις ἔτη καταριθμεῖσθαι πλείω τῶν μυρίων.* — Postremo adnoto Leonis Isidi parentibus sacrificanti Euhemeri Iovem Caelo avo hostiam immolantem satis quadrare [cf. Lact. div. inst. I 11]: idem Iuppiter illic homines carne humana vesci vetat [l. c. c. 13] et siquis quid novi invenisset eum hoc sibi ostendere iubet [l. c. 11], quocum Diodorea componas [I 15, 4]: *προτιμᾶσθαι δὲ παρὰ τῷ Ὀσίριδι καὶ τῇ Ἴσιδι τοὺς τὰς τέχνας ἀνευρίσκοντας ἢ μεθοδεύοντάς τι τῶν χρησί-*

---

*Ὀσίριδος ἐπινοησαμένου καὶ τὴν τούτων κατεργασίαν τῶν καρπῶν ἡδέως μεταθέσθαι πάντας τὴν τροφὴν διά τε τὴν ἡδονὴν τῆς φύσεως τῶν εὑρεθέντων καὶ διὰ τὸ φαίνεσθαι συμφέρον ὑπάρχειν ἀπέχεσθαι τῆς κατ' ἀλλήλων ὠμότητος .....* 3 *θεῖναι δέ φασι καὶ νόμους τὴν Ἶσιν καθ' οὓς ἀλλήλοις διδόναι τοὺς ἀνθρώπους τὸ δίκαιον καὶ τῆς ἀθέσμου βίας καὶ ὕβρεως παύσασθαι διὰ τὸν ἀπὸ τῆς τιμωρίας φόβον ....* 15, 3 *ἱδρύσασθαι δὲ καὶ ἱερὸν τῶν γονέων Διός τε καὶ Ἥρας ἀξιόλογον τῷ τε μεγέθει καὶ τῇ λοιπῇ πολυτελείᾳ καὶ ναοὺς χρυσοῦς δύο Διὸς .....* 4 *κατασκευάσαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν τῶν προειρημένων ναοὺς χρυσοῦς ὧν ἑκάστῳ τιμὰς ἀπονεῖμαι καὶ καταστῆσαι τοὺς ἐπιμελομένους ἱερεῖς ....* 18, 4 *εἶναι γὰρ τὸν Ὄσιριν φιλογέλωτά τε καὶ χαίροντα μουσικῇ καὶ χοροῖς ...* 5 *οὐ γὰρ πολεμικὸν εἶναι τὸν Ὄσιριν οὐδὲ παρατάξεις συνίστασθαι καὶ κινδύνους ἅτε παντὸς ἔθνους ὡς θεὸν ἀποδεχομένου διὰ τὰς εὐεργεσίας* — ut ad eundem auctorem referenda esse videantur. Vnde tamen Plutarchus haec sumpserit vereor ut eruatur, etsi in illo libello sat multis locis cum Diodoro consentit: non enim is est scriptor apud quem talia ad unum omnia ex una et certa causa repetantur, sed sua cuiusque loci ratio diligentissime exquirenda est. Ceterum Osiris merita etiam Tibullus recenset [I 7, 27 sq.].

*μων*. Sed Euhemeri tota ratio diversa fuit: non enim post mortes principibus a progenie et posteritate divinos honores adtributos esse contendit, sed Iovem ipsum fana sibi constitui iubentem facit [1]).

Omnia vero Aegyptiorum theologumena ne Diodorus ex Scytobrachione sumpsisse statuatur summopere cavendum est. A Leonis enim sententia qua reges olim cum fruges invenissent urbes condidissent mores constituissent pro diis habitos esse exposuerat, prorsus discessit cum c. 43 antiquis temporibus Aegyptios herbis palustribus et piscibus vesci solitos fuisse, postea demum Menam, qui primus post deos regnaret, frugibus inventis cultiorem vitam instituisse narravit [2]). Iidem auctori illam de Tnephachtho Bocchoridis patre historiolam, quae infra sequitur [c. 45, 1. 2] et apud Plutarchum quoque [de Is. et Osir. 8] legitur, deberi adparet. Atqui Hecataeum Abderitam Alexino philosopho auctore eam narrasse ex Athenaeo constat [X p. 418 E]: *Αἰγυπτίους δ' Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι κυλλήστιας ἐσθίοντας, τὰς δὲ κριθὰς εἰς ποτὸν καταλέοντας· διὰ ταῦτα καὶ Ἀλεξῖνος ἐν τῷ περὶ αὐταρκείας ἔφη μετρίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι τὸν Βόκχοριν καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Νεόχαβιν* [3]). Adcedunt graviora. Quo enim loco Diodorus se Hecataeum sequi ipse dicit [I 46, 8], haec adiecit: *οὐ μόνον δ' οἱ κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς ἐκ τῶν ἀναγραφῶν ἱστοροῦσιν, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν παραβαλόντων μὲν εἰς τὰς Θήβας ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, συνταξαμένων δὲ τὰς Αἰγυπτιακὰς ἱστορίας, ὧν ἐστι καὶ Ἑκαταῖος, συμφωνοῦσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις.* Quodsi et in iis quae praecedunt [c. 46, 7] et altero loco [c. 81, 7] Ptolemaei Lagi tempora et sacerdotum annales una commemorantur, non temere opinor concluditur ubi-

---

1) Cf. Lactant. l. c. c. 22 et Plutarch. d. Is. et Osir. 22: *πολλῶν δὲ τοιούτων λεγομένων καὶ δεικνυμένων οἱ μὲν οἰόμενοι βασιλέων ταῦτα καὶ τυράννων δι' ἀρετὴν ὑπερφέρουσαν ἢ δύναμιν ἀξίωμα ἢ δόξαν θεότητος ἐπιγραψαμένων, εἶτα χρησαμένων τύχαις ἔργα καὶ πάθη δεινὰ καὶ μεγάλα διαμνημονεύεσθαι ῥᾴστῃ μὲν ἀποδράσει τοῦ λόγου χρῶνται κτλ.* C. 28 ipsum Euhemerum nominat.

2) Vel ipse haec inter se obposuit [c. 43, 5]: *καὶ τούτων τὴν εὕρεσιν οἱ μὲν εἰς τὴν Ἶσιν ἀναφέρουσιν, οἱ δὲ εἴς τινα τῶν παλαιῶν βασιλέων τὸν ὀνομαζόμενον Μηνᾶν.*

3) Varie nomen scriptum est: apud Plutarchum legitur *Τέχνακτις*. Rectissime pro *Ἄλεξις* Meinekius [anal. crit. ad Athen. p. 186] *Ἀλεξῖνος* reposuit; optime ad eius de *αὐταρκείᾳ* librum adhibitum quadrat quod Abderita a Clemente [Strom. II p. 498] *τέλος αὐτάρκειαν* esse statuisse dicitur.

cumque *ἱερῶν* illarum *ἀναγραφῶν* mentio facta sit, certa Hecataei vestigia extare[1]). Atqui loco illi de quo modo disputavi [c. 43, 6], haec adiecta sunt: *διὸ καὶ τὸ παλαιὸν παραδίδοσθαι τὰς βασιλείας μὴ τοῖς ἐκγόνοις τῶν ἀρξάντων ἀλλὰ τοῖς πλεῖστα καὶ μέγιστα τὸ πλῆθος εὐεργετοῦσιν εἴτε προκαλουμένων τῶν ἀνθρώπων τοὺς ἐφ' ἑαυτῶν βασιλεῖς ἐπὶ τὴν κοινὴν εὐεργεσίαν εἴτε καὶ κατ' ἀλήθειαν ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγραφαῖς οὕτω παρειληφότων.*

Omnino totum alterius libri primi partis initium ex Hecataeo desumptum esse videtur. Praeter capp. 43 et 45, 1. 2. amplam et copiosam Thebarum descriptionem [c. 45, 4 — 7. 46] ei vindico quippe quem Thebas profectum esse Diodorus ipse dicat [c. 46, 8]; neque qui in medio positus est regnorum catalogum [c. 44] aliunde fluxisse *ἱεραὶ ἀναγραφαὶ* in clausula [§ 4] commemoratae[2]) produnt. Atque annis quos dii semideique et homines usque ad Diodori aetatem in Aegypto regnasse hoc loco dicuntur, computatis viginti trium milium annorum numerus efficitur qui supra ad temporis spatium inter Solis regnum et Alexandri in Asiam transitum intercedens refertur [c. 26, 1]: *οἱ δ' ἱερεῖς τῶν Αἰγυπτίων τὸν χρόνον ἀπὸ τῆς Ἡλίου βασιλείας συλλογιζόμενοι μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως εἰς τὴν Ἀσίαν φασὶν ὑπάρχειν ἐτῶν μάλιστά πως δισμυρίων καὶ τρισχιλίων,* altero loco [c. 23, 1] Dionysii numero [cf. supra p. 52] opponi: *εἶναι δὲ ἔτη φασὶν ἀπὸ Ὀσίριδος καὶ Ἴσιδος ἕως τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας τοῦ κτίσαντος ἐν Αἰγύπτῳ τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν πλείω τῶν μυρίων, ὡς δ' ἔνιοι γράφουσι,*

---

1) Addi placet Plut. d. Is. et Osir. 6: *οἱ δὲ βασιλεῖς καὶ μετρητὸν ἔπινον ἐκ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὡς Ἑκαταῖος ἱστόρηκεν, ἱερεῖς ὄντες* cl. Diodor. I 70, 11. Haud improbabiliter Muellerus [FHG II p. 391] Diodorum prae ceteris Hecataeum ducem sibi elegisse coniecit: equidem satis habeo praetereundo adnotasse verba quae c. 81, 9, ubi de Aegypti incolarum multitudine Hecataeo auctore disputari modo probavi, clausulam faciunt: *διὸ καὶ τοὺς ἀρχαίους βασιλεῖς ἱστοροῦσι κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἔργα μεγάλα καὶ θαυμαστὰ διὰ τῆς πολυχειρίας κατασκευάσαντας ἀθάνατα τῆς ἑαυτῶν δόξης ἀπολιπεῖν ὑπομνήματα* infra ubi de puerorum educatione sermo est [c. 80, 6] iterum legi, et iudicii adparatum in Osymandyae sepulcro [c. 48, 6] depictum — triginta iudices, unum illum *ἀρχιδικαστὴν* veritatis symbolo ornatum libros legum adpositos — haec omnia quo loco Aegyptiorum iudicia describuntur [c. 75, 3—6], redire.

2) *περὶ ὧν ἁπάντων οἱ μὲν ἱερεῖς εἶχον ἀναγραφὰς ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐκ παλαιῶν χρόνων ἀεὶ τοῖς διαδόχοις παραδεδομένας ὁπηλίκος ἕκαστος τῶν βασιλευσάντων ἐγένετο τῷ μεγέθει καὶ ὁποῖός τις τῇ φύσει καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἰδίους χρόνους ἑκάστῳ πραχθέντα.*

*βραχὺ λείποντα τῶν δισμυρίων καὶ τρισχιλίων*. Diodorum igitur non ipsum computationem illam regnorum usque ad suam aetatem deduxisse adparet, sed qui computationis terminus ab Hecataeo quidem sub Ptolemaeo primo florente apte positus erat Alexandri in Asiam transitus vel potius Alexandria condita, inde a quo tempore Macedonum in Aegypto regnum initium cepit [1]), hunc temere cum sua ipsius aetate commutavit. C. 26 igitur quae de Aegyptiorum chronologia exponuntur Hecataei sunt neque scio an eidem Isidis deae naturam prorsus aliter atque supra Leone auctore descriptam vindicem: Hori postremum regnum divinum utrubique [c. 25, 7 et 44, 1] commemoratur. Cur vero c. 44 regum non ex ipsis Aegyptiis sed ex alienis gentibus oriundorum anni numerati sint, c. 69 explicatur: eam enim legum Aegyptiarum fuisse praestantiam ut per plurima saecula in alienam potestatem non venerint regno ab ingenuis fere semper obtento. Neque minus ei consilio quo Hecataeus usus esse videtur ut res Aegyptiacas cum Graecis compararet, comparatas quam summis laudibus extolleret, apta sunt quae illic adiciuntur [69, 4]: *καίπερ γὰρ τῆς χώρας τὸ παλαιὸν δυςεπιβάτου τοῖς ξένοις οὔσης . . . ὅμως ἔσπευσαν εἰς αὐτὴν παραβαλεῖν τῶν μὲν ἀρχαιοτάτων Ὀρφεὺς καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, τῶν δὲ μεταγενεστέρων ἄλλοι τε πλείους καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, ἔτι δὲ Σόλων ὁ νομοθέτης*. Hoc qua ratione exposuerit, Diodori catalogo Graecorum in Aegyptum profectorum [c. 96—98] demonstratur, quippe ubi omnes illi iterum commemorentur certumque Hecataei vestigium sacerdotum annales [c. 96, 2] adpareant. Atqui ut illic Homerus Helenae venenorum Veneris aureae Iovis Iunonisque amorum notitiam ab Aegyptiis accepisse fertur [c. 97, 7—9], ita supra [c. 12, 10] versus Homerici [ρ 485 sq.]:

*καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι*
*παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶσι πόληας*
*ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες*

cum Aegyptiorum de deorum symbolis opinione conferuntur: inprimis haec verba animadverti velim: *καὶ τὸν ποιητὴν δὲ εἰς Αἴγυπτον παραβαλόντα καὶ μετασχόντα παρὰ τῶν ἱερέων τῶν τοιούτων λόγων θεῖναί που κατὰ τὴν ποίησιν τὸ προειρημένον ὡς γινόμενον*. Hecataei vero narrationi c. 18, 4 ea quae supra Leoni vin-

1) Male Diodorus hoc ad Scytobrachionis numerum rettulit cui ut deorum cum Gigantibus pugnam multis annis ante bellum Troianum adcidisse demonstraret, adeo certo termino constituto minime opus esset.

dicta sunt inseri vel inde adparet quod ibi Sol a quo c. 26 regum anni computantur, primus regnasse dicitur [13, 2] et in iis quae praecedunt, Sol et Luna summi dei ab Aegyptiis Osiris et Isis adpellati [c. 11] optime ad Laertii Diogenis locum [I 10] quadrant ubi is Hecataeo auctore Aegyptiorum philosophiam refert [1]. Atque ne hic quidem Homeri et Orphei testimonia desunt: cf. c. 11, 2. 3 [2]). 12, 2. 4. 5. Ex Hecataeo igitur eam theologumenon partem quae capp. 11—13 inest desumptam Diodorus Dionysianis interposuit atque sunt quae ipsi Scytobrachionis orationi ex illo interpolasse videatur. Conferantur nominis Nili fluvii veriloquia c. 19, 4 recensa cum Nilei regis mentione c. 63, 1 ex sacerdotum annalibus petita vel iis quae capp. 12, 5 et 96, 7 de Oceano Homerico disputantur [3]). Deinde deorum Osiris Iovis Volcani Cereris Oceani Minervae Ammonis nominum veriloquiis si reputabitur quantum operae Hecataeus navaverit ex ipsa Aegyptiorum lingua exponendis [4]), dubitari opinor non licet quin hederae quoque Osiridi sacrae veriloquium [c. 17, 4. 5] [5]) Hecataeo debeatur praesertim cum postrema verba ὅπερ τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐφ' ἑτέρων φυτῶν ἀεὶ θαλλόντων πεποιηκέναι τῇ μὲν Ἀφροδίτῃ τὴν μυρσίνην, τῷ δ' Ἀπόλλωνι τὴν δάφνην προςάψαντας, τῇ δ' Ἀθηνᾷ τὴν ἐλαίαν eius scriptoris qui paulo supra [c. 16, 2] Mercurium non Minervam oleam invenisse tradidit, esse non possint.

Restat ut de Scytobrachionis libro quo bellum Troianum tractaverat disputetur. Hunc enim et Diodorus [III 66, 6] [6]) recenset neque in scholiis Homericis desunt quae illum oleant. E. g. cum bibliotheca I 9, 21, 4 et Hygini fabula XVIIII [cf. supra

---

1) Θεοὺς δ' ἥλιον καὶ σελήνην τὸν μὲν Ὄσιριν, τὴν δ' Ἶσιν καλουμένην.

2) Non solum versum exscriptum Orphei esse, sed etiam quae secuntur Macrobius docet [I 18, 22].

3) Eadem Plutarchus tradit [de Is. et Osir. 34]: οἴονται δὲ καὶ Ὅμηρον ὥςπερ Θαλῆ μαθόντα παρ' Αἰγυπτίων ὕδωρ ἀρχὴν ἁπάντων καὶ γένεσιν τίθεσθαι. Hecataeo deberi quae praecedunt verba: ἥλιον δὲ καὶ σελήνην οὐχ ἅρμασιν ἀλλὰ πλοίοις ὀχήμασι χρωμένους περιπλεῖν ἀεὶ αἰνιττόμενοι. τὴν ἀφ' ὑγροῦ τροφὴν αὐτῶν καὶ γένεσιν adparet ex FHG II p. 388 fr. 3: Ἡράκλειτος καὶ Ἑκαταῖος ἄναμμα νοερὸν τὸ ἐκ θαλάττης εἶναι τὸν ἥλιον, σκαφοειδῆ δ' εἶναι ὑπόκυρτον.

4) Cf. Diodor. I 11. 12. Plut. d. Is. et Osir. 9. 10.

5) Redit apud Plutarchum de Is. et Osir. 37.

6) Huc quae Dionysio Milesio Suidas adtribuit Τρωικά Welckerus [ep. Cycl. I p. 86] rettulit.

p. 19. 22] scholium μ 69 conferas: ... τοῦτον οὖν τὸν Φινέα θεωρήσαντες οἱ περὶ τὸν Ἰάσονα παρεκάλουν ὑποθέσθαι πῶς δεῖ διαπλεῦσαι τὰς Πλαγκτὰς λεγομένας πέτρας· ὁ δὲ εἶπεν ἐὰν τὰς Ἁρπυίας ἀπαλλάξωσι τῆς πρὸς αὐτὸν ὁρμῆς· θέντες δὲ συνθήκας ἐπαγγέλλονται αὐτῷ τοῦτο δρᾶσαι — cum scholio Apoll. I 81. 23 verba quae initio leguntur: ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰάσων λέγει τῷ Χείρωνι καὶ αὐτῷ ὁ Χείρων συνεκπέμπει τοὺς ἡμιθέους — quae de Phineo sequitur narratio: καὶ ὁρῶσι τὸν Φινέα πηρὸν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν· ἔχων γὰρ παῖδας ἐκ Κλεοπάτρας τῆς Βορέου καὶ ἐπιγήμας [1]) Εὐρυτίαν δίδωσιν αὐτοὺς τῇ μητρυιᾷ διαβληθέντας πρὸς ἀναίρεσιν. Ζεὺς δὲ χαλεπήνας λέγει αὐτῷ πότερον βούλεται ἀποθανεῖν ἢ τυφλὸς γενέσθαι· ὁ δὲ αἱρεῖται μὴ ὁρᾶν τὸν ἥλιον· ἀγανακτήσας δὲ ὁ Ἥλιος Ἁρπυίας ἐπιπέμπει αὐτῷ αἵτινες εἴποτε μέλλοι ἐσθίειν αὐτοῦ διέπρασσον ἐμβάλλουσαι φθοράν τινα ex fabulis Hesiodea et Sophoclea mixta esse videtur [cf. schol. Apoll. II 178. 181]. Praeterea componenda esse putaverim scholl. *H* 468 λέγεται τὸν Ἰάσονα μετὰ τῆς Ἀργοῦς ἐξοκείλαντα τῇ κρατίστῃ πασῶν Ὑψιπύλῃ μιγῆναι et schol. Apoll. I 769, schol. μ 124 et schol. Apoll. IIII 828. Haec tamen ut clare explicentur, longa de scholiorum Homericorum auctoritate et praecipue de historiarum illarum subscriptionibus disputatione opus est quae neque huic libello apta erat neque institui omnino potest priusquam adcuratior codicis Townleiani notitia proposita sit.

Dionysium Scytobrachionem a Dionysio cyclographo [cf. FHG II p. 9 sq.] discernendum esse qui et primus et unus de hac re docte et multis disputavit Welckerus [ep. Cycl. I p. 78] [2]) statuit.

---

1) Nescio num adferri liceat schol. Soph. Ant. 980 κατὰ δέ τινας Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφὴν ἧς καὶ αὐτὸς Σοφοκλῆς μνημονεύει ἐν Τυμπανισταῖς cl. Anton. Lib. XXX Εἰδοθέαν τὴν Εὐρύτου θυγατέρα. Ceterum in scholio Homerico aliquid deesse consentaneum est quia Phinei caecitas praetermittitur.

2) Quam Hachtmannus sibi finxit opinionem fuse Sïeroka [l. c. p. 9 sq.] redarguit. Qui praeterea hoc profecit ut in quarto Diodori libro praeter Argonautica nullum Dionysii vestigium extare probaret [p. 25 sq.]. Muellerus autem [FHG II p. 10] quo iure Tzetzae in allegorias Homericas scholiorum loco usus sit: 'ληροῦσιν οἳ εἶπον ὅτι ὁ Ὀδυσσέως Τηλέμαχος ὕστερον ἦν Ὅμηρος ὡς δῆλον ἐκ τοῦ χρόνου Προναπίδου τοῦ Ὁμήρου διδασκάλου ὃς ἦν τρίτος ἀπὸ Κάδμου, Ὅμηρος δὲ τέταρτος. Ὁ Θάμυρις δὲ πάλιν παλαιὸς ἦν ἰσοχρόνως Κάδμου πάππος Ὀρφέως. Ὀρφεὺς δὲ Μενίππης ἦν υἱὸς τῆς Θαμύριδος θυγατρὸς κἂν ἀλληγορικῶς τῆς Καλλιόπης υἱὸς λέγεται ut Dionysios Mytilenaeum et Samium distingueret non intellego. Pronapidam tertio post Cadmum genere

Suidae confusiones in eiusmodi disputatione abiciendas esse Welckerus ipse concessit [p. 76]. Athenaei vero loco [XI p. 477 D = p. 481 E] ubi cyclographus Samius adpellatur, vereor ne nimium auctoritatis tribuatur. Quantum enim veteres eiusmodi cognomina variaverint documento sunt e. g. Euhemerus et Messenius [Strabo I p. 47. II p. 104. Aelian. v. h. II 31. Lactant. div. inst. I 11] et Agrigentinus [Clem. Al. Protr. p. 20 P. = Arnob. adv. nat. IIII 29] et Tegeates [plac. philos. I 7 p. 297 Diels.] dictus vel Athenaei de Polemone locus [VI p. 234 D]: *Πολέμων γοῦν ὁ εἴτε Σάμιος ἢ Σικυώνιος εἴτ' Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ' ἄλλων πόλεων κτλ.* Quin etiam ipse cyclographus apud Suidam et Samius et Rhodius dicitur atque in scholiis Apollonianis Argonautica Dionysio vel Milesio vel Mytilenaeo sine ullo discrimine adtribuuntur. Deinde Scytobrachionis et cyclographi librorum naturam atque indolem eandem fuisse vel Welckerus adgnovit [ep. Cycl. I p. 79] neque solum in pragmaticis rationibus eos concinere sed etiam in veterum testimoniis adponendis ex eis quae de Scytobrachione disputavi adparuit, quin etiam ei auctores quos Scytobrachio adhibere solebat a cyclographo adferuntur e. g. Hecataeus [cf. schol. Eur. Orest. 872] vel Aegimii poeta [schol. Eur. Phoen. 1116 cf. schol. Apoll. III 587]. Eodem scholio etiam illa Scytobrachionis consuetudo *ὁμωνύμους* distinguendi [cf. supra p. 46] occurrit; praeterea Argi Arestoridae descriptio aperte Apollonii Rhodii Argonautica [I 324 sq.] redolet neque scio an olim in commentario discrimen quod Pherecydes inter Argum Iovis filium et Arestoridem statuerat, expositum fuerit: certe in Argonautarum catalogo Laurentiano Argus

---

florentem Scytobrachioni deberi e Diodoro [III 67] elucet [cf. Cram. an. Oxon. IIII p. 376]: tum vero quid obstat quominus Byzantinus iste novum doctrinae frustulum nescitur unde conrasum adglutinasse putetur? Huius consuetudinis in ceteris Tzetzae libris et apud Eustathium exempla innumera sunt. At aliud quid animadvertatur velim. Dionysius cyclographus Homero quippe quem bellorum Thebani et Troiani aequalem fuisse statueret [FHG II p. 10 fr. 10] Thebaida vindicasse fieri non potest, quin putetur [cf. Welcker, ep. Cycl. I p. 201 sq.]. Atqui quae schol. Ap. I 45 Scytobrachione auctore dicuntur *οὔτε Ὅμηρος οὔτε Ἡσίοδος οὔτε Φερεκύδης λέγουσι τὸν Ἴφικλον σὺν τοῖς Ἀργοναύταις* ad Iliadem et Odyssiam referri minime possunt quippe ubi praeter μ 69 Argonautarum expeditionis mentio non facta sit, sed aperte ad aliud carmen Homero adscriptum pertinent, fortasse ad Nostos cf. Paus. I 29, 6. Suid. s. v. Ὅμηρος.

Iovis filius recensetur [1]). Denique Dionysii apud Athenaeum mentionem Didymo, quippe qui paulo infra nominetur, deberi adnoto atque quae supra de Scytobrachione ab eo compilato disputavi in memoriam revoco [p. 33]. — At quoniam cycli vocabulo totam historiae poeticae molem fabulis deinceps enarratis quasi uno circulo deductam significari cognitum est, huic rationi quae Diodorus Dionysii libros recensens dicit [III 66, 6] bene quadrare hodie negari non licet. Sed ipsa Procli verba apud Photium perlegas [Iahn-Michaelis griech. Bilderchr. p. 98]: *διαλαμβάνει δε καὶ περὶ τοῦ λεγομένου ἐπικοῦ κύκλου ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως* — urgere nolim miram quae apud Diodorum [I 7] traditur e caelo et terra cosmogoniam qua veterum illorum deorum coitus quasi in hominum pragmaticorum linguam vertitur, quia illam Scytobrachioni deberi certis rationibus probare non possum. Sed haec quotiens legi: *διαπορεύεται δὲ τά τε ἄλλως περὶ θεῶν τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα* facere non potui quin Scytobrachionis copiosae de Baccho disputationis meminissem — quid? quod ipsae pragmaticae rationes a Proclo commemorantur: *καὶ εἴ πού τι καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται.* Epicorum carminum fabulas a Dionysio saepissime adferri supra compluribus locis adparuit. Non ausim in tanta re post viri illius incomparabilis summos labores atque merita minutiis argutis innixus subitarium iudicium ferre, hanc tamen coniecturam proponere mihi liceat, propter crebra epicorum testimonia primum illum cyclum dictum esse epicum quo Scytobrachio totam historiam fabularem inde a mundi initio usque ad bellum Troianum Achivorumque reditus rationibus pragmaticis quam saepissime adhibitis vel fabulis vetustis commemoratis complexus esset. Multum sane ab eo distant Procli cyclus vel is de quo Clementis scholiasta [cf. Welcker. ep. Cycl. I p. 32 n. 38] cogitasse videtur, neque grammatici posterioris aevi id agebant ut quam plurimas fabularum formas more

---

1) Non omiserim et codice Laurentiano et ea recensus Hyginiani parte qua catalogus Apollonianus refertur enumerari quinquaginta quattuor heroas quam omnium summam fuisse Dionysius tradidit cf. Diod. IIII 41, 2: *ὥστε σὺν αὐτῷ τοὺς ἅπαντας εἶναι πεντήκοντα καὶ τέτταρας* et c. 50, 4 *πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἀνδράσι.* [perierat enim Iphis c. 48, 4]. LV enim viris ab Apollonio enumeratis cum propter vs. 101 sq. Theseus intrusus esset, in catalogo Laurentiano numerus ille ita restitutus est ut Phalereus et Iphitus Nauboli f. omitterentur; apud Hyginum qui Pirithoum quoque addiderat desunt Talaus Arius Leodocus.

Dionysiano in unum congererent, sed ex singularum carminum singulis argumentis aliquam historiae fabularis umbram atque imaginem composuisse satis habebant: quid tamen? Evanuit cycli Dionysiani doctrina; remanebat nomen clarissimum atque libellis ab istis grammaticis speciose proponi solebat.

---

# Vita

Natus sum Eduardus Schwartz Kiloniae a. h. s. LVIII patre Hermanno matre Sophia de gente Michaelis. Anno LVIIII Marburgium, a. LXII Gottingam parentes migrarunt. A. LXV gymnasium Gottingense adii. Cuius disciplina per decem annos usus, a. LXXV maturitatis testimonio instructus inter Georgiae Augustae cives receptus sum. A. LXXVI Bonnam profectus per biennium huius almae studiorum sedis civis fui, tum per senos menses Berolini et Gryphiae commoratus sum. Autumno a. LXXVIIII huc redii. Docuerunt me viri clarissimi Baumann Fick Pauli Sauppe Wachsmuth Gottingenses, Aufrecht Buecheler Kekulé Leo Vsener Bonnenses, Mommsen Zeller Berolinenses, Kiessling de Wilamowitz Gryphienses. Vt in seminarium philologum Bonnense reciperer — cuius sodalis per IIII sementria fui, per unum senior — Buecheleri et Vseneri benevolentia factum est, exercitationibus philologicis ut interessem permiserunt Buecheler et de Wilamowitz, archaeologicis Kekulé. Quibus viris omnibus magnas habeo gratias, imprimis vero Buecheleri et Vseneri praeceptorum memoriam grato pioque semper animo colam.

# Sententiae controversae

## I

Statius silv. I 3, 31 scripsit:

sic Chalcida fluctus
expellentem Aulis, sic dissociata profundo
Bruttia Sicanium circumspicit ora Pelorum.

Codd. expellunt fluvii. De Aulide et Chalcide cf. Strab. VIIII p. 403. Plin. HN IIII 64, de verbo expellendi Plin. I. l. 73

## II

Valer. Flacc. II 535 scripsit:

fluctus defertur belua in imos
iam tutis revoluta vadis.

Codd. totis resoluta.

## III

Horati iter Brundisinum non a. 717 sed hieme a. 716/7 cum Octaviani nomine Maecenas ab Antonio peteret ut contra Sex. Pompeium auxilium ferret, factum est.

## IIII

Horat. sat. I 8, 10 ita distinguo:

hoc miserae plebi stabat commune sepulcrum;
Pantolabo scurrae Nomentanoque nepoti
mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
hic dabat, herédes monumentum ne sequeretur.

## V

Plauti Trinummi scaena vs. 842—997 dittographiis confusa est cf. vss. 924 sq. = 926 sq. 928 = 901. 939 sq. = 936 sq. 952 sq. = 905 sq. 968—971 = 981—986. Cautio igitur est ne turbis, quae insunt sat multae, ex versibus transponendis vel lacunis statuendis medela petatur.

VI

Hesiodi fragm. V Goettl. [ap. schol. Plat. symp. p. 183 B (t. VI p. 257 ed. Herm.)] ita restituatur:

*ἐκ τοῦ δ' ὅρκον ἔθηκεν ἀποίνιμον ἀνθρώποισιν*
*νοσφιδίων ἔργων περὶ Κύπριδος*

cod. *ἀμείνονα*. Cf. verba scholiastae: *Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος*.

VII

Hymni Homerici in Mercurium vss. 253—277 non antiqui esse videntur. Forsitan hoc loco similia olim enarrata fuerint atque quae tradit Apollodorus [bibl. III 10, 2, 5]: *πρὸς Μαῖαν εἰς Κυλλήνην παραγίνεται καὶ τὸν Ἑρμῆν ᾐτιᾶτο, ἡ δ' ἐπέδειξεν αὐτὸν ἐν τοῖς σπαργάνοις.*

VIII

Plat. Theaetet. p. 155 B ita legi velim: *ταῦτα δὴ οἶμαι ὁμολογήματα τρία μάχεται αὐτὰ αὑτοῖς ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ ὅταν τὰ περὶ τῶν ἀστραγάλων λέγωμεν ἢ ὅταν φῶμεν ἐμὲ τηλικόνδε ὄντα μήτε αὐξηθέντα μήτε τοὐναντίον παθόντα ἐμαυτῷ* [codd. *ἐν ἐναυτῷ*] ⟨*ἴσον ὄντα*⟩ *σοῦ τοῦ νέου νῦν μὲν μείζω εἶναι, ὕστερον δὲ ἐλάττω μηδὲν τοῦ ἐμοῦ ὄγκου ἀφαιρεθέντος ἀλλὰ σοῦ αὐξηθέντος.*

VIIII

Diodor. bibl. I 6 scripsit: *περὶ μὲν οὖν θεῶν τίνας ἐννοίας ἔσχον οἱ πρῶτοι καταδείξαντες τιμᾶν τὸ θεῖον καὶ τῶν μυθολογουμένων περὶ ἑκάστου τῶν ἀθανάτων, τὰ μὲν πολλὰ συντάξασθαι* ⟨*οὐ*⟩ *πειρασόμεθα κατ' ἰδίαν διὰ τὸ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην πολλοῦ λόγου προσδεῖσθαι, ὅσα δ' ἂν ταῖς προκειμέναις ἱστορίαις ἐοικότα δόξωμεν ὑπάρχειν παραθήσομεν ἐν κεφαλαίοις κτλ.* cf. c. 9, 4.

X

Apollodori [bibl. II 1, 3, 3] verba foede disiecta cl. Paus. II 16. schol. *β* 120. schol. Eur. Phoen. 1116 ita fere consarcinentur: *ὃν Ἀσκληπιάδης μὲν Ἀρέστορος λέγει* ⟨*καὶ Μυκήνης τῆς Ἰνάχου θυγατρός,*⟩ *Φερεκύδης δὲ* [*Ἰνάχου*] ⟨*τὴν μὲν Διός, τὸν δὲ Ἀρέστορος*⟩, *Κέρκωψ δὲ* [*Ἄργου καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ*] [*θυγατρός*] * * *Ἀκουσίλαος δὲ γηγενῆ αὐτὸν λέγει.* Verbis *Ἄργου καὶ Ἰσμήνης τῆς Ἀσωποῦ* inepte repetitis cetera quoque in labem versa esse videntur.

XI

*Ἱστορίαι* scholiis Homericis insertae partim e vetustiore Iliadis et Odysseiae commentario excerptae partim ex fabularum compendio bibliothecae Apollodoreae simillimo descriptae sunt.